

Alte Drucke

**M. TVLLII CICE-||RONIS OFFICIORVM LIBRI || III. Opera &
diligentia Vuolffgangi Ane-||mœcij ex uetustissimo codice,
plusquàm in cen-||tum locis ...**

Cicero, Marcus Tullius

Coloniæ, 1537/1538

VD16 C 3185

Marci Tullii Ciceronis Officiorum Liber II. Argumentum Per Desiderium Erasmus
Roterodamum

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150013

MARCI

TVLLII CICERONIS

OFFICIORVM LIBER II.

BER II.

Secundus liber

De bonis et malis ARGVMENTVM PER DESIDERIVM Erasmus Roterodamum.

Superiore libro duas propositas initio diuisionis partes absoluit, quid honestum, quid contrarium, & in honestis utrum honestius, in hoc de alteris duabus promittit, quid utile, quid inutile, tum inter utilia utrum utilius, aut quid utilissimum. Deinde inconstantiæ reprehensionem deprecatur, quod à civili uita, quam sepe prætulit, nunc ad otium studiorum se conuertit, tum cur ad Philosophiam potius quam aliud studiorum genus. Postremo cur Academicus de officiis præcipiat, rationem reddit.



VE MADMODVM OFFICIA ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere uirtutis satis explicatum arbitror libro superiore. Sequitur ut hæc officiorum genera persequar, quæ pertinent ad uitæ cultum, & ad earum rerum, quibus utuntur homines facultatem, ad opes, ad copias. In quod tum quæri dixi, quid utile, quid inutile: tum ex utilibus, quid utilius, aut quid maxime utile. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto, ac de iudicio meo dixerò. Quanquam enim libri nostri copiores non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitauerint, tamen

Propositio argumenti totius huius libri.

1^a fuit in hoc libro tamquam inuestigatio, utrum sit in rebus bonum, utrum sit in rebus malum, utrum sit in rebus indifferentia.

Disputatio fuit de bono et malo.

inter omnes res, quæ sunt in mundo, quædam sunt, quæ sunt in mundo.

interdum uereor, ne quibusdam bonis uiris phi-
 losophiae nomen sit inuisum, mirenturque in ea
 tantum me opera & temporis ponere. Ego au-
 tem quandiu Respublica per eos gerebatur, qui
 bus seipla commiserat, omnes meas curas, cogi-
 tationesq; in eam conferebam. Cum autem do-
 minatu unius omnia tenerentur, neque esset us-
 quam consilio, aut autoritati locus, locios deni-
 que tuenda Reipublicae summos uiros amissi-
 sem, nec me angoribus dedi, quibus essem confe-
 ctus, nisi his resistissem, nec rursus indignis ho-
 mine docto uoluptatibus. Atque utinam Res-
 publica stetisset, quo coeperat statu, nec in ho-
 mines non tam comutandarum rerum, q̄ euer-
 tendarum cupidō incidisset. Primum enim ut
 stante Republica facere solebamus, in agendo
 plus quā in scribendo opera poneremus. De-
 inde ipsis scriptis non ea quae nunc, sed actio-
 nes nostras madaremus, ut saepe fecimus. Cum
 autem Respublica (in qua omnis mea cura, co-
 gitatio, opera poni solebat) nulla esset omnino,
 illae scilicet literae conticuerunt, forentes & se-
 natoriae. Nihil autē agere cum animus nō pos-
 set, in his studiis ab initio uerlatus aetatis, existi-
 maui honestissime molestias deponi posse, si me
 ad philosophiam retulissem. Cur cum multum
 adolescens discendi causa temporis tribuissem,
 posteaquam honoribus interuire coepi, meque
 totum

Bene nos

men quod

erat apud

Politicos

uiros inui-

diosum,

nam res,

ipsa bono

uiro non

potest nō

probari.

Cesaris

tyrannide

notat,

Socios, Ca-

tonē, Mio-

lonem.

In agēdo

id est, in di-

cendo.

Forēses in

iudicijs, se-

natorie in

cōsultatio-

nibus.

Forēses in

iudicijs, se-

natorie in

cōsultatio-

nibus.

Forēses in

iudicijs, se-

natorie in

cōsultatio-

nibus.

7 totum Reipublicæ tradidi, tantum erat philo-
 Succisive operæ stu-
 diis data.

8 batur in legendo, scribendi ocium non erat. Ma-
 Etymologia philo-
 sophiæ.

Laus philo-
 sophiæ.
 Definitio philo-
 sophiæ.

9 tur philosophi nominant, nec quicquam aliud
 10 est philosophia (si interpretari uelis) quam stu-
 dium sapientiæ. Sapientia autem est (ut à uete-
 ribus philosophis definitum est) rerum diuina-
 rum & humanarum, causarumq; quibus hæ res
 continentur, scientia. Cuius studium qui uitupe-
 rat, haud sanè intelligo, quidnam sit quod lau-
 dandum putet. Nam siue oblectatio quæritur
 animi, requiesq; curarum, quæ conferri cum eo-
 rum studijs potest, qui semper aliquid acquirunt,
 quod spectet, & ualeat ad bene beateq; uiuen-
 dum, siue ratio constantiæ, uirtutisq; ducit, aut
 hæc ars est, aut nulla omnino per quam eas as-
 sequamur. Nullam uero dicere maximarum re-
 rum artem esse, cum minimarum sine arte nulla
 sit, hominum est parum considerate loquentiū,
 atq; in maximis rebus errantium. Si autem est
 aliqua disciplina uirtutis, ubi ea quæretur, cum
 ab hoc

Argumentum à mi-
 nore sum-
 ptum.
 In Horre-
 sicq; defi-
 rat neq;
 solus.

Occurrit

OFFICIORVM LIBER II.

118

ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc cum
ad philosophiam cohortamur accuratius solēt
disputari, quod alio quodā libro fecimus. Hoc
autem tempore tantum nobis declarandū fuit,
cur orbatī Reipublicæ muneribus, ad hoc nos
studium potissimum cōtulissemus. Occurritur
nobis, & quidem à doctis & eruditīs, quæ renti
bus satīne cōstanter facere uideamur, qui cum
percipi nihil posse dicamus, tamē & alijs de re-
bus differere soleamus, & hoc ipso tēpore præ-
cepta officiī persequamur. Quibus uellem satis
cognita esset nostra sententia. Non enim sumus
hi, quorū uagetur animus errore, nec habeat un-
quam quid sequatur. Quæ enim ista esset mens
(uel quæ uita potius) non solum disputandi, sed
etiam uiuendi ratione sublata? Nos autem ut
cæteri, qui alia certa, alia incerta esse dicunt, sic
ab his dissentientes: alia probabilia, contrā, alia
improbabilia esse dicimus. Quid est ergo quod
mē impediāt, ea, quæ mihi probabilia uidean-
tur, sequi: quæ contrā, improbare. Atq; affirmā-
di arrogantiam uitantem, fugere temeritatem,
quæ à sapientia dissidet plurimum. Contrā au-
tem, omnia disputātur à nostris, qd hoc ipsum
probabile elucere non possit, nisi ex utraq; par-
te causarum esset facta contentio: Sed hæc ex-
planata sunt in Academicis nostris, satis, ut ar-
bitror, diligenter. Tibi autem mi Cicero, quan-

aut in com-
gressu, aut
restitit, &
repugnat.
nā id qd si
gnificat oc-
curro.
Quoniam
Academicū
more
multis lo-
cis proba-
uit.

Id
quod erat
Pyrrhoni
orū omni-
de re am-
bigentis.

Cor-
rectio:
Scimus nā
hil opina-
mur q̄ ue-
risimilli-
ma.

Efficax re-
futādi ge-
nus, est
argumen-
tū ueluti
telū in ad-
uersariū
retorque-
non erat
tibi disse-
rendum, q̄
niam ne-
gas quic-

H

quam

quam per
cipi, imò
ob istuc
ipsum o-
mni de re
differendū
ut proba-
bile certe
eluceat.

Finitima
q̄ antè ab
illis non
multū dis-
sidentia di-
xit.

quam in antiquissima, nobilissimaque philoso-
phia, Cratippo autore uersaris, his simillimo,
qui ista præclara pepererunt, tamen hæc no-
stra finitima uestris ignota esse nolui. Sed iam
ad instituta pergamus.

* Quemadmodum officia. *ΠΕΡΙ ΤΩΝ*: Argumentum
libri.

In quo tum quæri.) Præfatio.

Si pauca prius.) Cur philosophetur, & exponit oc-
casionem quæ ad philosophandum detulit.

Quid enim per deos.) Exposita occasione subiicit
laudes philosophiæ. Est enim philosophia cum natura
peruestigatione, tum ciuile de moribus iudicium,
& disciplina quædam qua ad humanitatem, seu ad ci-
uiles mores animi adsuefiunt.

Occurritur autè nobis.) Occupatio cur tradat cer-
ta præcepta, cum tamen Academicus haberi uelit, quæ
nulla de re pronunciant. Est autem hæc longa dispu-
tatio, quam in his scholis explicare non possumus,
Dux fuerunt sectæ, quæ non solebant pronunciaræ
Pyrrhonij & Academici. Pyrrhonij dicebāt omnia in-
certa esse, nec esse magis probabile, oriri solem,
quàm nō oriri, cum illucescit. Proinde hi prorsus ex-
plofi sunt. At Academici reliquerūt tamen discrimen
hoc, ut quædam dicerent similia ueri, quanquam su-
spenderent iudicium. Vide Gellium libro XI. capite
V. Et Cicero in Academicis quæstionibus ubi ait: Nō
sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad il-
lam paruulā *κρυφὴν*, qua fidēt duce nocturna Phœ-
nices in alto, ut ait Aratus, eoq̄ directius gubernant,
quoddam tenent. Quæ cursu interiore breui conuer-
tit orbe. Sed ad Helicen & clarissimos septētriones, id
est, rationes has, latiore specie, nō ad tenue climatas.

¶ Utilitatem non eam hic accipi, quam uulgius pe-
cuniario lucro metitur, & commoditate undecunque
parta, sed eam quæ cum honesto sit cōiuncta, & ad ui-
tæ societatem pertineat.

Quinq;

Quinq; igitur rationibus propositis offi-
cij persequendi, quarum duæ ad decus,
honestatemque pertinent, duæ ad commoda ui-
tæ, copias, opes, facultates, quinta ad eligendi
iudicium, si quando ea, quæ supra dixi, pugna-
re inter se uiderentur, honestatis pars perfecta
est, quam quidem tibi cupio esse notissimā. Hoc
autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod
utile appellatur. In quo lapsa consuetudo desce-
xit de uia, sensimq; eò deducta est, ut honesta-
tem ab utilitate secernens, constitueret esse ho-
nestum aliquod, quod utile non esset: & utile,
quod non honestum: quā nulla pernicies maior
hominum uitæ potuit afferri. Summa quidē au-
toritate philosophi seuerè, sane, atque honeste
hæc tria genera consilia, cogitatione distingu-
unt. Quicquid em iustum sit, id utile etiam esse
censent. * Itēque quod honestum sit, id esse iu-
stum. Ex quo efficitur ut quicquid honestū sit,
idem sit utile. Quod qui parum perspiciunt, hi
sæpe uersutos homines & callidos, admirātes,
eorum malitiam sapientia iudicāt. Quorum er-
ror eripiendus est, omnisq; opinio ad eam spe-
ciem traducenda, ut honestis cōsilijs iustisq; fa-
ctis, non fraude & malitia se intelligāt, ea quæ
uelint consequi posse.

* Quinq; autem rationes.) Propositio operis, seu
distributio.

Quæ quæque ex re commoda aut incommoda sūt

H a pta

Confusa,
id est, inse-
parabilia
re, cogita-
tione, id
est, ratio-
ne distin-
guunt.
* Aliās
idem.

quod ubi est
opinio qd
consequi
consequi

non p. abt
pignitones 6.3

Belonio

Horat. Sat. lib. 1. Stipula et
cicero de officiis

114

M. TVLLII CICERONIS

pianitur, quæ Græci euchrestemata, & dyschrestemata nominant. Colligitur quicquid est ferè in uita comodi aut incommodi, id homini ab homine nasci.

1. q. p. conditio ad aliquam res.

Dimissio Animata.

rem q. Inanimata.

hi q. m. ra.

ad vitæ. Rationalia.

bilia.

Bruta.

enclimico.

Dimissio q. m. in finis p. e. s.

Dist. Diu sem.

mixta per benefi.

mixta ci p. s.

optimis Hominiab.

hoie pluri.

mū uel cō.

modi uel

incommo.

di.

Artes ad

usum ui.

ta excogi.

ta.

Quæ uero

quisque in

uita inue.

nerit, re.

fert.

Plinius li.

bro 7. capi.

te 56. Iam

uero nex.

ro & earū rerum, quibus abundaremus expor.

QUæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ut ea quæ ^{gignuntur} e terra, & alia eiusdem generis: partim animata, quæ habent suos impetus, & rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione

utentia. Expertes rationis sunt equi, boues & reliquæ pecudes, apes quarū opere efficitur ali

quid ad hominum usum atq; uitam. Ratione autem utentium, duo genera ponitur, unum deorum, alterum hominum. Deos placatos pietas

efficiet, & sanctitas. Proxime autem, & secundum deos, homines hominibus maxime utiles

esse possunt. Earumq; item rerum, quæ noceant, & obsint, eadem diuisio est. Sed quia deos nocere non putat, his exceptis, homines hominibus

plurimum obesse arbitrantur. Ea enim ipsa quæ inanima dicimus, pleraq; sunt hominum operis

effecta, quæ nec haberemus, nisi manus, & ars accessissent, nec his sine hominum administra

tione uteremur. Neq; em̄ ualitudinis curatio, neq; nauigatio, neque agricultura, neq; frugum

fructuumq; reliquorū perceptio & cōseruatio, sine opera hominum, ulla esse potuisset. Iam ue

ro & earū rerum, quibus abundaremus exportatio,

Collatio

Dist. l.

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

mixta

OFFICIORVM LIBER II.

III

ratio, & earum quibus egeremus inuectio, cer-
te nulla esset, nisi his muneribus homines fun-
gerent. Eademq; ratione, nec lapides exciderē
tur ē terra ad usum nostrum necessarij, nec fer-
rum, aurum, æs, argentum effoderētur penitus
abditā, sine hominū labore & manu. Tecta ue-
ro, quibus & frigorū uis pelleretur, & calorū
molestiæ sedarentur, unde aut initio generi hu-
mano dari potuissent, aut postea subueniri, si
aut ui tempestratis, aut terramotu, aut uetustate
cecidissent, nisi cōmunis uita ab hominibus ha-
rum rerum auxilia petere didicisset. Adde du-
ctus aquarum, deriuationes fluminū, agrorum
irrigationes, mobiles oppositas fluctibus, portus
manu factos, quæ uide sine hominum opere ha-
bere possemus? Ex quibus omnibus multisq; alijs
perspicuum est, qui fructus, quæq; utilitates ex
rebus his, quæ inanimæ sunt percipiantur, eas
nos nullo modo sine hominum manu, atq; ope-
ra capere potuisse. Qui denique ex bestijs fru-
ctus, aut quæ commoditas, nisi homines adiu-
uarēt, percipi posset? Nam & qui principes in-
ueniendi fuerunt, quem ex quaq; belua usum ha-
bere possemus, homines certē fuerunt. Nec hoc
tempore sine hominū opera aut pascere equos,
aut domare, aut tueri, aut tempestiuos fructus
ex his capere possemus. Ab eisdemq; & ea quæ
nocent interficiuntur, & quæ usui possunt esse ca-

H 3 piun-

Definitio

in oratio-
ne.
Cōmuni-
catio mer-
cium.

simis ul' pactionis

Fontes ca-
nalibus
ducti.

Riuus de-
riuata flui-
mina. non h'otō
Portus fa-
cti.

E mutis q̄
cōmodita-
tes. 16
Pastoria.
Venatio.

Medicina.

*Conspicua eam
una q. d. d. m. m.
ex arte.*

piuntur. Quid enumerem artium multitudi-

nem, sine quibus uita hominis omnino nulla es-

se potuisset? Quid em̄ egris lubueniret, quæ es-

set oblectatio ualerium, qui uictus, aut cultus,

nisi tam multe nobis artes ministrarent? qui-

bus rebus exulta hominum uita tatum dilatat

à uictu, & cultu bestiarum. Vrbes uero sine ho-

minum certu non potuissent, nec ædificari, nec

frequentari. Ex quo leges, moresq; constituti,

tum iuris æqua descriptio, certaq; uiuendi di-

Politica.

sciplina, per quas bene beateque uiuitur. Quas leges

res & mansuetudo animorum consecuta, & ue-

recundia est, effectumq; est, ut esset uita muni-

tior, atque ut dando, & accipiendo, permutan-

disq; facultatibus, & commodis nulla re egere

mus. Longiores hoc loco sumus, quam necesse

est. Quis enim est, cui nō perspicua sint illa, que

pluribus uerbis à Panætio commemorantur?

neminem neque ducem belli, nec principem do-

mi magnas res, & salutare sine hominum stu-

dijs gerere potuisse. Cōmemoratur ab eo The-

mistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexan-

der, quos negat sine adiumentis hominum tan-

tas res efficere potuisse. Utitur in re nō dubia,

testibus non necessarijs. Atque ut magnas utili-

tates adipiscimur conspiratione hominum, at-

que cōsensu, sic nulla tam detestabilis pestis est,

quæ non homini ab homine nascatur. Est Dice-

archus rex.

*1. 17
18*
Alexander
Macedo-
ni rex.

*Impta d. m. b. m. Homo b. m. m. archi
b. m. m. m.*

archi liber de interitu hominum, Peripatetici
 magni, & copiosi: qui collectis cæteris causis
 elusionis, pestilentie, uastitatis beluarum, etiam
 repentinæ multitudinis, quarum impetu docet
 quædam genera hominum esse cõsumpta, dein
 de comparat quanto plures deleti sunt homi-
 nes hominum impetu, id est, bellis, aut seditioni-
 bus, quàm omni reliqua calamitate. Cum igitur
 hic locus nihil habeat dubitationis, quin ho-
 mines plurimum hominibus & presint, & ob-
 sint: primum & hoc statuo esse uirtutis, concilia-
 re sibi animos hominum, & ad usus suos adiu-
 gere. Itaque quæ in rebus inanitis, quæq; in usu
 & tractatione beluarum fiunt utiliter ad homi-
 num uitam, artibus ea tribuuntur operosis, ho-
 minum autem studia, ad amplificationem no-
 strarum rerum prompta, & parata uirorum præ-
 stantium sapientia, & uirtute excitantur. Ete-
 nim uirtus omnis in tribus rebus ferè uertitur,
 quarum una est in peripiciendo quid in quaque re
 uerum syncerumq; sit, quid consentaneum cuiq;
 quid consequens, ex quo quæq; gignantur, quæ
 cuiusq; rei sit causa. Alterum cohibere motus ani-
 mi turbatos, quos Græci *πάθος* nominant, appe-
 titionesque, quas illi *ἐπιθυμίαι*, obediens efficere
 rationi. Tertium his, quibus cum cõgregamur,
 uti moderate & sciēter, quod studiis ea quæ na-
 tura desiderat expleta, cumulataque habemus:

Fatales ca-
 sus.

Eluuiōes
 ab inundā-
 tibus ags.
 Pestilētiæ
 à cælo cor-
 rupto

Vastitates
 à fuga in-
 colarum.

Impetus
 serpētium
 locustarū
 cuniculo-
 rum.

Plurima
 perniciēs
 ab hoīe.

19 Mis-
 rus ordo,

primū ut
 quid opti-
 mū uideā-
 mus, alter-

rū ne cupi-
 ditatib⁹ ab
 eo auocē-
 mur, terti-

um ut cõ-
 munitatē
 æquabili-

ter agā-
 mus.

20 Verti de
 ponēs pro-
 uersatur.

H. 4 Per

31 Per eos deniq; si quid importetur nobis inconst
 modi propulsemus, ulciscamurq; eos, qui noce-
 re nobis conati sunt, tantaq; poena afficiamus,
 quantam ^{iniquam} equitas, humanitasq; patitur. Quibus
 autem rationibus hanc facultatem assequi pos-
 simus, ut hominum studia complectamur, eaq;
 teneamus, dicemus. Neque ita multo post, sed
 pauca ante dicenda sunt. Magnam uiri esse in
 fortuna in utranq; partem, uel secundas ad res,
 uel aduersas, quis ignorat? Nam & cum prospe-
 ro statu eius utimur, ad optatos exitus perueni-
 mur: & cum refluuit affligimur. Hec igitur ipsa
 fortuna ceteros casus rariore habet. Primum
 ab inanimis procellas, tempestates, naufragia,
 ruinas, incendia. Deinde a beistis, ictus mor-
 sus impetus. Hæc igitur (ut dixi) rariora. At ue-
 ro interitus exercituum, ut proxime trium, sa-
 pe multor; clades imperatorum, ut nuper sum-
 mi ac singularis uiri. Inuidia præterea multitu-
 dinis, atq; ob eas, bene meritorum sæpe ciuium
 expulsioniones, calamitates, fuge. Rursumq; secun-
 dæ res, honores, imperia, uictoriæ, quanquam
 fortuita sunt, tamen sine hominum operibus &
 studijs neutram in partem effici possunt. Hoc
 igitur cognito, dicendum est quonam modo ho-
 minum studia ad utilitates nostras allicere at-
 que excitare possimus. Quæ si longior fuerit ora-
 tio, cum magnitudine utilitatis comparatur,
 ita

Pathe, tū;
 morbos,
 tūpertur-
 bationes
 tum affe-
 ctiones, nō
 nulli pas-
 siones uer-
 terunt.
 Incommo-
 da à casu.

Reslauit,
 id est, ad-
 uersa fla-
 uit.

Triūphus
 Pōpei in
 Thessalia,
 Petrei in
 Hispania,
 Filioꝝ Pō-
 pei.
 Expulsus
 Camillus.
 Phocion
 dānatus.
 Cessit in-
 uidia Sci-
 pio.
 Compare-
 tur, id est,
 cōpenset.

ita fortassis etiam breuior uidebitur.

* Quæ ergo ad uitam.) Quia hoc libro de utilitate præcipitur, ideo res quæ sunt usui ad uitam, primum diuiduntur.

Sed quia deos nocere.) Homo homini deus. Item, homo homini lupus.

Tecta uero quibus.) Congeries artium.

Cum igitur hic locus.) Utilitas ex honestate nascitur. Nam homines ut profint honestate adiunguntur & inuitantur.

Magnam uim esse in.) Casu sepe res omnes aut prodesse aut lædere.

At uero interitus.) Et quanquam de casibus præcipi certi nihil possit, tamen monet ut quisque fortunam suam adhibeat in consilium, cum de uita deliberat.

Quibus rebus commoueat homines, ut quempiam magistratu dignum putent, eis parere uelint.

Quæcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt: aut honoris, si cuius uirtutem suspiciunt, & si quem dignum fortuna quam amplissima putant: aut cui fidem habet, & bene de rebus suis consulere arbitrantur, aut cuius opes metuunt, aut contrā à quibus aliquid expectant, ut cum reges popularē uel homines largitiones aliquas proponunt, aut potestatem præcio aut mercede ducuntur. Quæ fortissimè quidem est ratio & inquinatissima, & his, qui ea tenentur, & illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum quod uitate effici debet, id retinetur pecunia. Sed quoniam

Primis homines homini ab homine deferuntur.

Conducta suffragia. Mercenarius homo.

nos.

Hic s. niam

*Gabinus quafi
sublella in
flectit in o
perat*

nam nonnunquam hoc subsidium necessarium
est, quemadmodum sit utendum eo, dicemus, si
prius his de rebus, quæ uirtuti propiores sunt
dixerimus. Atque etiam subiungunt se homines

*Meti farsa dolo
no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

imperio alterius & potestati pluribus de cau-
sis. Ducuntur enim beneuolentia, aut beneficio-
rum magnitudine, aut dignitatis præstatiâ, aut
spe sibi id utile futurum, aut metu, ne ui parere
cogatur, aut spe largitionis, promissionisq; ca-
pti, aut postremo, ut sæpe in nostra Republica
uidemus, mercede conducti.

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

* Quæcunque igitur homines.) Cur homines homi-
nibus inferuiant.

Vt cum reges.) In impetibus quo modo homines ad
iungendi.

Ducuntur enim beneuolentia.) Primum beneuolen-
tia emerendum esse amorem.

¶ Utillissimum ijs, qui cum imperio sunt, ab omni-
bus amari, metui tum turpe, tum minime tutum.

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

Rerum autem omnium nec aptius est quicquid
ad opes tuendas ac tenendas quam diligere, nec
alienius quam timere. Præclare Ennius: Quem me-
tuunt oderunt quem quisque odit, perniciem expe-
tit. Multorum autem odijs nullas opes posse ob-
stare (si antea fuit ignotum) nuper est cognitum.

Nec uero huius tyranni solum, quem armis op-
pressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quan-
tum odium hominum ualet ad pestem, sed reli-
quorum similes exitus tyrannorum, quorum haud fe-
re quisque interitum similem effugit. Malus enim

**Cæsar ty-
rannizans
oppressus**

Senectia.

*no d. b. ca
flectit in o
perat. no d. g. m.*

est custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis est uel ad perpetuitatem. Sed his, qui ui oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda sequitia, ut heris in famulos, si aliter teneri nō possunt. Qui uero in libera ciuitate ita se instruunt, ut metuant, his nihil potest esse de mentius. Quāuis enim demeritae sint leges aliquis opibus, quāuis tremefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudicij tacitis, aut occultis de honore iussufragijs. Aciores autem morsus sunt intermissae libertatis, quam retente. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes & potentiam ualet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, charitas retineatur. Ita facillime quatenus nolemus & priuatis in rebus & in Republica consequemur. Et enim qui se metui uolet, a quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum? qui culteros metuens tonsorios, candenti carbone si bi adurebat capillum? Quid Alexandrum Phereum, quo animo uixisse arbitramur? qui (ut scriptum legimus) cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum ueniens barbarum, & cum quidem, ut scriptum est, compunctam notis Threicijs distincto gladio iubebat anteire. Premittebatque de sti-

Metu coër
ceri seru
le.

ut. Roma est

est similis

est sunt poema

Capitulum
ad id quod
in his hōis
est metus.

metus inueniunt alij
gram a timore
metuunt;

metus boni
cogitatur de re

38. dicitur dicitur

Dionysius
Syracusae
rum tyrā
nus.

Alexāder
Phereus.

Thraces
barbari

pud quos
25. tros si

gmatis
compūta

de sti-

nobilita- de stipulatoribus iuis, qui perferutarentur arcu-
 tiserat in las muliebres, & ne quod in uestimentis ocul
 signe: ap- taretur telum, exquirerent. O miserum qui fide
 alios ferui liorem, & barbarum, & * stigmaticum putaret,
 fugacis, in dicium. quam coniugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea
 * Alias sti est enim ipse propter pellicatus suspicione in-
 gmatiam. terfectus. Nec uero ulla uis imperij tanta est,
 Nobilita- quæ premente metu possit esse diuturna. Testis
 ta adeo, ut etia in p- uerbiu abi
 erit Phala est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilita-
 rismus & ra crudelitas, qui non ex insidijs interiit, ut is,
 Phalari- quem modo dixi, Alexander: non à paucis, ut
 dis impe- hic noster, sed in quem uniuersa Agrigentina
 rium. multitudo impetum fecit. Quid Macedones
 Defectio nonne Demetrium reliquerut, uniuersis se ad
 Macedo- num à De Pyrrhum contulerunt? Quid Lacedæmonios
 num à De ge super
 metrio re bo ad Pyr
 ge super rhum hu
 bo ad Pyr manum.
 rhum hu manum.
 Lacedæ- Lacedæ-
 mones ob mones ob
 superbiâ à superbiâ à
 socijs de socijs de
 ferri con ferri con
 tra The- tra The-
 banos pu banos pu
 gnaturi. gnaturi.
 Pop. Ro. Pop. Ro.
 imperiū imperiū
 charitate charitate
 auctum, auctum,
 sequitia a- sequitia a-
 missum. missum.
 iustitia a- iustitia a-
 missum. missum.

de stipulatoribus iuis, qui perferutarentur arcu-
 las muliebres, & ne quod in uestimentis ocul
 taretur telum, exquirerent. O miserum qui fide
 liorem, & barbarum, & * stigmaticum putaret,
 quam coniugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea
 est enim ipse propter pellicatus suspicione in-
 terfectus. Nec uero ulla uis imperij tanta est,
 quæ premente metu possit esse diuturna. Testis
 est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilita-
 ra crudelitas, qui non ex insidijs interiit, ut is,
 quem modo dixi, Alexander: non à paucis, ut
 hic noster, sed in quem uniuersa Agrigentina
 multitudo impetum fecit. Quid Macedones
 nonne Demetrium reliquerut, uniuersis se ad
 Pyrrhum contulerunt? Quid Lacedæmonios
 iniuste imperantes? nonne repente omnes fere
 socij deseruerunt, spectatoresq; se ociosos præ-
 buerunt Leuctricæ calamitatis? Externa liben-
 tius in tali re q̃ domestica recorder. Verunta-
 men quandiu imperium populi Romani benefi-
 ciji tenebatur, non iniurijs, bella aut pro socijs,
 aut de imperio gerebatur, exitus erant bellorū
 aut mites, aut necessarii. Regum, populorum,
 nationum, portus erat & refugium senatus. No-
 stri autem magistratus imperatoresq; ex una
 hac re maximā laudem capere studebant, si pro-
 uincias, si socios æquitate, & fide defendissent.
 Itaque illud patrociniū orbis terræ uerius,
 quam

quàm imperium poterat nominari. Sensim hæc
 cōsuetudinem & disciplinam iam antea minue
 bamus, post uero Syllæ uictoriam, penitus ami
 simus. Dehinc est enim uideri quicquam in so
 cios iniquum, cum exisset etiam in ciues tan
 ta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam
 & laudem non honesta uictoria. Est enim ausus di
 cere hasta posita, cum bona in foro uederet, &
 bonorum uirorum, & locupletum, & certe ciui
 um, prædam suam se uedere. Secutus est, qui in
 causa impia, uictoria etiam fœdiore, non solum
 singulorum ciuium bona publicaret, sed uniuersas
 provincias, regionesq; uno calamitatis ge
 nere comprehēderet. Itaq; uexatis, & perditis
 exteris nationibus, ad exemplum amissi impe
 rij portare in triumpho Massiliam uidimus, &
 ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam no
 stri imperatores ex transalpinis bellis, trium
 pharunt. Multa præterea commemorare nefa
 ria in locos, si hoc uno quicquā sol uidisset in
 dignius. Iure igitur plectimur. Nisi enim multo
 rum impunita scelera tulissemus, nunquam ad
 unum tanta peruenisset licentia, a quo quidem
 rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad mul
 tos improbos, uenit hæreditas. Nec uero unq;
 bellorum ciuiliū semē, & causa deerit dum ho
 mines perditī hastam illam cruentam, & memi
 nerint, & sperabunt, quam L. Sylla cum uibras
 set

Syllæ ui

toris cru

delitas in

Marianos

Defuit est,

pro defuit,

elegantē

ut capiti

est quitū

est, hinc

Cæsar Syl

la crude

lior.

fuit ad

dehinc

belli op

ella adu

dica i

Massilia

Gallie

Narbonē

sis urbs 27 1000 70

pop. Ro.

amica, cue

ius imago

in trium

pho circū

lara.

Sol uidit

set, puere

biallyter.

Hasta Syl

set

in uoluntate
in uoluntate
in uoluntate

la, & Cesa
ris.

Cornelius
in priore
scriba tm.
in posteri
ore etiam
quaestor.

Modo nō
refert ad

parietes,
id est, tan-

tum parie
tes stant,

non etiam
imperii.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

Exemplū
a maiore.

M. TVLLII CICERONIS

ser dictatore propinquo suo, idem sexto & tri
gesimo anno post, a sceleratiorē hasta non re
cessit. Alter aut, qui in illa dictatura scriba fue
rat, in hac fuit quaestor urbanus. Ex quo debet
intelligi, talibus praemiis propositis, nunq de
futura bella ciuilia. Itaq parietes urbis modo
stant, & manent (hō ipi iam extrema scelera
metuentes) rem uero publicam penitus amissi
mus, atq in has clades incidimus (redeundum
est enim ad propositum) dum metui, q chari es
se, & diligi maluimus. Quae si populo Romano
iniuste imperanti accidere potuerunt, quid de
bent putare singuli? Quod cum perspicuum sit,
beneuolentiae uim esse magnam, metus imbecil
lem, sequitur, ut differamus, quibus rebus possu
mus facillime eam, quam uolumus adipisci, cum
honore & fide, charitatem. Sed ea non pariter
omnes egemus. Nam ad cuiusq uitam institu
ta accommodandū est, a multis ne opus sit, an
satis, a paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idq
quidem & primum, & maxime necessarium, fa
miliaritates habere fidas amantiū nos amicoꝝ,
& nostra mirantiū. Haec enim est una res pror
sus, ut nō differat multum inter summos, & me
diocres uiros, eaq est utrisq propemodu com
paranda. Honore, & gloria, & beneuolentia ci
uium fortasse nō aequae omnes egent. Sed tamē
si cui haec suppetunt, adiuuant aliquantum, tum
ad cae

ad cae

ad cætera, tum ad amicitias comparandas. Sed ^{transmissio de p. de} Lælius ^{de p. de} Ciceronis de amicitia ^{de p. de} alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Nunc dicamus de gloria, quāquam ^{de p. de} Duo libri ^{de p. de} Ciceronis de gloria ^{de p. de} ea quoque de re duo sunt nostri libri. Sed attin- gamus, quandoquidem ea in rebus maioribus administrandis adiuuat plurimum.

* Rerum autē omnium.) Rhetoricus locus. Estq; propositio.

Quem metuūt.) Ratio ex natura adfectuū petita.

Sed his qui ui.) Seneca: Ferrum tuetur principem, melius fides.

Quid em cēsemus.) Exēplis probat obsuisse crude- litatem multis. Suntq; hic aliq; uenustissimæ narra-

Quid Macedones?) Vide Plutarchum. (tiones.

Quam P. Sylla.) Hic P. Sylla est, pro quo extat Ci- ceronis oratio, & cuius in Cæsaris bello ciuili mentio fit. Scriba Cornelius fuit, cuius fit mentio in Lepidi oratione, quæ extat inter Sallustianas.

Nam ad cuiusq; uitam.) $\epsilon\pi\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$. Amicitia est opus & priuatis hominibus & tenentibus Respublicas.

* Tribus maxime rebus adduci multitudinē, ut ho- nore dignum aliquem ducat, beneuolētia, fide & ad- miratione.

Summa igitur, & perfecta gloria constat ex ^{transmissio de p. de} tribus his: Si diligit multitudo si fidem ha- ^{transmissio de p. de} bet, si cum admiratione quadam, honore nos di- ^{transmissio de p. de} gnos putet. Hæc autē (sicut est simpliciter bre- ^{transmissio de p. de} uiterq; dicendum) quibus rebus parantur à sin- ^{transmissio de p. de} gulis, eisdē ferē à multitudine. Sed est alius qm ^{transmissio de p. de} quidam aditus ad multitudinem ut in uniuersa ^{transmissio de p. de} forum animos tanq influere possimus.

* Summa igitur.) Popularem fauorem quæ res eo- meretur. Estq; illo opus his, qui Respublicas tenent.

Hæc

Hæc autem sunt quæ emerentur, beneuolentia, iustitia ac prudentia fama, admiratio insignium uirtutum atque hæc ordine explicat.

Quæ res homini multitudinis beneuolentiâ concilient.

AC primum de illis tribus, quæ antè dixi, beneuolentiæ præcepta uideamus, quæ quidem capitur beneficij maxime. Secundo autem loco benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam si fortè res non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis comouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumque earum uirtutum quæ pertinent ad maiestatem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipsum quod decorum, honestumque diximus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura, & specie sua comouet, maximèque quasi per lucet ex his, quas commemorauimus uirtutibus, idcirco illos, in quibus eas uirtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Atque hæc quidem causæ diligendi grauissimæ, possunt enim præterea nonnullæ esse leuiiores.

De beneuolentia.) Amor amore emitur.

Quibus rebus efficiatur, ut nobis habeatur fides.

Fides autem ut habeatur duabus rebus effici potest: Si existimabimur adepti conjunctionem cum iustitia prudentiâ. Nam & his fidem habebimus, quos plus intelligere, quam nos arbitramur, quæque & futura prospicere credimus, & cum res agatur, in discriminè uerum sit expedit.

pedire rem, & cōsiliū ex tempore capere pos-
se. Hanc em̄ omnes existimant utilem, ueramq;
prudētiam. Iustis autem, & fidis hominibus id
est, bonis ita fides habet, ut nulla sit in his frau-
dis, iniurięq; suspicio. Itaq; his salutē nostram,
his fortunas, his liberos rectissime cōmitti ar-
bitramur. Harum igitur duarum ad fidem fa-
ciendā iustitia plus pollet, quippe cum ea sine
prudētia satis habeat autoritatis, prudētia si-
ne iustitia nihil ualet ad faciendam fidem. Quo
em̄ quis uersutior & callidior est, hoc inuisior,
& inspectior detracta opinione prohibitis.

Quamobrem intelligentiā iustitia coniuncta,
quantum uolet, habebit ad faciendam fidem uir-
tutem. Iustitia sine prudētia multum poterit, si-
ne iustitia nihil ualebit prudētiā. Sed ne quis
sit admiratus, cur, cū inter omnes philosophos
cōstet, a meq; ipso sæpe disputatū sit, qui unam
haberet, omnes habere uirtutes: nunc ita seiun-
gam, quasi possit quisquam, qui non idem pru-
dēs sit, iustus esse. Alia est illa, cum ueritas infa-
matur in disputatione, subtilitas, alia cum ad
opinionem communem omnis accommodatur
oratio. Quamobrem ut uulgus, ita nos hoc lo-
co loquimur, ut alios fortes, alios bonos uiros,
alios prudētes esse dicamus. Popularibus enim
uerbis est agēdum, & usitatis, cum loquimur de
opinione populari. Idēq; eodem modo fecit Pa-

I natus,

Suspecta
sine iusti-
tia prudē-
tia.

Aliter in
exactis di-
sputatio-
nibus, ali-
ter in pra-
cipiendo
aut cohor-
tando lo-
quimur.

118 M. TVLLII CICERONIS
nātius, sed ad propositum reuertamur.

• Fides autem ut.) Fama iustitiæ ac prudentiæ.

Sed ne quis sit.) Occupatio, cur uirtutes quæ tamē
natura uidentur coherere, diuellat à sese.

• Quæ res multitudinis admirationē moueat, quæ
contrā, contemptum.

Eratigitur ex tribus, quæ ad gloriā per-
tinēt hoc tertium, ut cum admiratione ho-
minum, honore ab his digni iudicaremur. Ad-
miratur igitur communiter illi quidem omnia,
quæ magna, & præter opinionē suam animad-
uerterunt, separatim autē in singulis, si perspi-
ciunt quædam bona ac opinata. Itaq; eos uiros
suspiciunt, maximisq; efferunt laudibus, in qui-
bus existimant se excellentes quasdam, & singu-
lares uirtutes perspicere: despiciūt autem eos,

& cōtemnunt, in quibus nihil uirtutis, nihil ani-
mi, nihil neruorum putant. Non enim omnes
eos cōtemnunt, de quibus male existimant.

Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos
putant, & ad faciendam iniuriam instructos,
eos haud cōtemnunt quidem, sed de his male
existimant.

Quamobrem (ut antē dixi) conte-
mnuntur hi, qui nec sibi nec alteri proluunt (ut
dicitur) in quibus nullus labor, nulla industria,
nulla cura est. Admiratione autem afficiuntur
hi, qui anteire ceteros uirtutē putantur, & cum
omni carere dedecore, tum uero his uirgīs, qui-

Admira-

uolu-

voluptates blandissimæ dominæ sæpe maiores
partes animi a uirtute detorquent, & dolorum
cum admoventur facies, præter modum plerique
exterrentur. Vita, mors, diuitiæ, pauper-
tas, omnes homines uehementissime permo-
uent. Quæ qui in utranque partem excelsio ani-
mo magnosq; despiciunt, cumq; aliqua his am-
pla & honesta res obiecta est, totosq; ad se con-
uertit & rapit, tum quis non admiretur splen-
dorem pulchritudinemque uirtutis? Ergo &
hæc animi despicientia, admirabilitatem ma-
gnam facit: & maxime iustitia, ex qua una uir-
tute uiri boni appellantur, mirifica quædam
res multitudini uidetur, nec iniuria. Nemo e-
nim iustus esse potest, qui mortē, qui dolorem,
qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ
his sunt contraria æquitati anteposit. Maxime
que admiratur eum, qui pecunia non mouetur,
quod in quo uiro perispectum sit, hunc dignum
spectatu arbitrantur. Itaq; illa tria, (quæ pro-
posita sunt ad gloriam) omnia iustitia conficit,
& beneuolentiam, quod prodesse uult plurimis,
& ob eandem causam fidem, & admirationem
quod eas res spernit & negligit, ad quas plerique
inflammati auaritate rapiuntur. Ac (mea
quidem sententia) omnis ratio & institutio ui-
tæ, adiumenta hominum desiderat. In primisq;
ut habeas, quibus cum possis familiares cōferre

tio à conti-
nentia.

Volupta-
tes domi-
næ.

Admira-
tio à ma-
gnanimi-
tate.

31

Admira-
tio à iusti-
tia.

Vir bonus d:
volunt pro

volunt pro

volunt pro

volunt pro

volunt pro

volunt pro

volunt pro

Iustitiæ
opinio ad
omnes ui-
tæ partes
necessa-
ria.

A minore
exempli.
Leges la-
tronū in-
ter ipsos.
Bargulus
& Viriat⁹
latrones
ob æquita-
tis opinio-
nem potē-
tes.

34
Cesserūt,
uerecūde,
cū uictos
significet.

Usurpat,
id est, uul-
go nomi-
natur.

sermones, quod est difficile, nisi speciem præ te
boni uiri feras. Ergo & solitario homini, atq;
in agro uitam agentis opinio iustitiæ necessaria
est, eorūq; etiam magis, qui eam si non habebunt,
iniusti habebuntur nullis præsidij septi, multis
afficientur iniurijs. Atque his etiam, qui uen-
dunt, emunt, conducunt, locant, contrahēdisq;
negocijs implicantur, iustitia ad rem gerendam
necessaria est. Cuius tanta uis est, ut ne illi qui-
dem qui maleficio & scelere paucuntur, possint
sine ulla particula iustitiæ uiuere. Nam qui eo-
rum cuipiam qui unā latrocinantur, furatur ali-
quid, aut eripit, is ne sibi in latrocinio quidē re-
linquit locum. Ille autem, qui archipirata dici-
tur, nisi æquabiliter prædam dispartiat, aut oc-
cidetur à socijs, aut relinquetur. Quinetiam le-
ges latronū esse dicuntur, quibus pareant, quas
obseruent. Itaq; propter æquabilem prædæ par-
titionē, & Bargulus Illyricus latro (de quo est
apud Theopompu) magnas opes habuit, & mul-
to maiores Viriatus Lusitanus, cui quidē exer-
citus nostri imperatoresq; cesserunt. Quem Co-
Lælius, is qui sapiens usurpatur, prætor fregit,
& comminuit, ferocitatemq; eius ita repressit,
ut facile bellū reliquis traderet. Cum igit tan-
ta uis iustitiæ sit, ut ea etiam latronum opes fir-
met atq; augeat, quantam eius uim inter leges
& iudicia & instituta Republica fore putam?
Mihi

Compen-
diaria, id
est, expedi-
tam & bre-
uem.

Nihil fuca-
rum diu-
turnum.

Agere ra-
dices, ut
agere ri-
mas, age-
re gemas.

Filiū Tibe-
riū & C.
Gracchi
utriq; ob
seditionē
interēpti.

ella debet
data & p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a

Nobilibus
curādum
ne qd ma-
iorū ima-
ginibus in-
dignū cō-
mittant.

et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a
et p^{ro}p^{ri}a p^{ro}p^{ri}a

tes hanc viam ad gloriā proximā, & quasi com-
pēdiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qua-
lis haberi uellet, talis esset. Quod si quis simula-
tione, & inani ostensione, ficto non modo ser-
mone, sed etiam uultu, stabilem se gloriā con-
sequi posse retur, uehementer errat. Vera glo-
ria radices agit, atq; etiam propagatur, ficta
oīa celeriter tanq; foliuli decidunt, nec simula-
tum potest quicq; esse diuturnū. Testes sunt per-
multi in utraq; partem, sed breuitatis causa, fa-
milias erimus contenti una. Tiberius enim Grac-
chus, P. filius tam diu laudabitur, dum memo-
ria rerum Romanarū manebit. At eius filij nec
uiui probantur à bonis, & mortui numerū ob-
tinent iure celsorū. Qui igitur adipisci uerā iusti-
tiæ gloriā uolent, iustitiæ fungantur officijs.
Et ea quæ essent, dictū est in libro superiore. Sed
ut facillime quales simus tales esse uideamur, &
si in eo ipso uis maxima est, ut simus hi, qui ha-
beri uelimus, tamen quædam præcepta danda
sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet cau-
sam celebritatis & nominis, aut à patre acce-
ptam (quod tibi arbitror mi Cicero contegisse)
aut aliquo calu atq; fortuna, in hunc oculi omni-
um conijciuntur, atq; in eo quid agat, quemad-
modum uiuat inquiritur, & tanq; in clarissima
luce uersetur, ita nullum obscurū potest, nec di-
ctum eius esse, nec factum. Quorum autem pri-
ma

OFFICIORVM LIBER II. 199

ma etas propter humilitatē & obscuritatem in
hominum ignoratione uersatur, hi simul ac iu-
uenes esse cōperunt, magna spectare, & ad ea
rectis studijs debent contendere. Quod eo fir-
miore animo facient, quia non modo non inui-
detur illi aetati, uerum etiam fauetur.

* Erat igitur ex tribus.) Admiratio insignis uirtu-
tis, qualis erat admiratio continentiae Scipionis, cum
restituit uirginem optima forma captam sponso, in-
taetam apud Lium libro VI. Decadis tertiae.

Ac mea quidem.) Epilogus longior, continet autē
ἐκλογὴν iustitiae.

Viriatu Lusitanus.) Vide Flori ἐπιζήτην.

Cum igitur.) Ex minori.

Sed ut pecuniā.) Antea de parāda existimatione,
hic de tuenda praecipit. Conseruabitur autē, si esse
uirtute praediti, quā uideri malumus. Nam simula-
tio uirtutis non est diuturna. Sunt autem haec ad uer-
bum uersa ex Xenophonte.

Vera gloria radices.) Επιστήμη praclarum.

¶ Adolescentes, quibus rebus populo primū com-
mendantur.

PRima igit est adolescētī commendatio ad
gloriā, si qua ex bellicis rebus cōparari po-
test, in qua multi apud maiores nostros extite-
runt, semper enim ferē bella gerebatur. Tua autē
aetas incidit in id bellum, cuius altera pars sce-
leris nimium habuit, altera felicitatis paru. Quo
tamen in bello cum te Pompeius alae alteri pre-
fecisset, magnā laudem, & à summo uiro & ab cet.

exercitu cōsequebāre, equitādo, iaculādo, oīaq;
militari labore tolerando. Atq; ea quidem tua

I 4 laus

nouis sum

ma probi

tate opus

ut nobili

tentur.

19

a fante

92 f. 62

ad. 103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

103 ff

laus pariter cum Republica cecidit. Mihi autē
hæc oratio suscepta non de se est, sed de gene-
re toto. Quamobrem ad ea, quæ restant perga-
mus. Vt igitur in reliquis rebus multo maiora
sunt opera animi, quàm corporis, sic hæc res
quas ratione ac ingenio persequimur, gratior
res sunt, quàm illæ, quas uiribus. Primo igitur
tommedatio proficiscitur à modestia, tum pie-
tate in parentes, tum in suos beneuolentia. Fa-
cillime autē & in optimam partem cognoscun-
tur adolescentes, qui se claros, & sapientes bene-

Domus fa-
miliaritas
Crassus a-
dolescens

accusatio-
ne C. Car-
bonis nobi-
lissimi

cuius nobi-
litatus.
Cauē im-
pedita-
tō legasut
magna q̄-
dā habent
exēplaria

in nihil enim
cum sensu
couenit.

consulentes uiros Reipublicæ cōtulerunt. Qui-
bus cum si frequentes sunt, opinionem asserunt
populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi dele-
gerunt ad imitandum. P. Rutilij adolescentiam
ad opinionem, & innocentiam, & iuris scientiam
P. Murij commēdauit domus. Nam L. quidem
Crassus, cum esset admodum adolescens, non
aliunde mutuatus est, sed sibi ipsi peperit maxi-
mam laudem ex illa accusatione nobili, & glo-
riosa. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici
solent, (ut de Demosthene accepimus.) Ea æta-
te L. Crassus ostendit id se in foro optime iam
præmeditatum facere, quod etiam tum poterat
domi cum laude meditari. Sed cum duplex sit
ratio orationis, quarū in altera sit sermo, in al-
tera contentio, non est id dubium, quin conten-
tio orationis maiorem uim habeat ad gloriam.

Ea est

OFFICIORYM LIBER II.

115

Ea est enim, quam eloquentiam dicimus. Sed ta-
men difficile dictu est, quātopere conciliet ani-
mos hominum comiras, affabilitasq; sermonis.

Extant epistola: & Philippi ad Alexandrum, Affabili-
& Antipatri ad Castandrum, & Antigoni ad tas.

Philippum trium prudentissimorum (sic enim
accepimus) quibus præcipiunt, ut oratione be-
nigna multitudinis animos ad beneuolentiam
alliciant, militesq; appellando blando sermone
deliniant. Quæ autem in multitudine cum con-

Eloquens

tentione habet oratio, ea sæpe uniuersam exci-
tat gloriam. Magna est enim admiratio copio-

se, sapienterq; dicentis, quem qui audiunt intel-
ligere etiam, & sapere plus quam ceteros arbi-
trantur. Si uero inest in oratione mista mode-

sticæ grauitas, nil admirabilius fieri potest, eoque

magis, si ea sunt in adolescēte. Sed cum sint plu-
rima causarum genera, quæ eloquentiam desi-
derant, multiq; in nostra Republica adolescen-
tes, & apud iudices, & apud Senatum dicendo
laudem assecuti sunt, maxima est admiratio in

iudicijs, quorum ratio duplex est. Nam ex accu-

satione, & defensione constat, quarum etsi lau-
dabilior est defensio, tamē etiam accusatio pro-
bata persæpe est. Dixi paulo antē de Crasso.

Idem fecit adolescens M. Antonius. Etiam P.
Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit, cum
seditiosum, & inutilem ciuem C. Norbanum in-

Senatoria
oratio fo-
rensis ad
gloriā pa-
randam
uberior.

Raro ac-
cusandum
& quate-
nus.

Accusatio iudicium uocauit. Sed hoc quidē non est sepe fa-
ciendum, nec unq̄ nisi aut Reipublicæ causa, ut
pro Sardiis, aut duo Luculli: aut patrociniū, ut nos pro Siculis,
pro Sardis, pro M. Alburio Iulius Cæsar. In ac-
cusando etiā Manlio L. Fufi cognita industria

est. Semel igitur aut nō saepe certe. Sin erit cui
faciendū sit sapius, Reipublicæ tribuat hoc mu-
neris, cuius inimicos ulcisci saepe non est repre-
hendendum, modus tamen adsit. Duri em̄ homi-
nis, uel potius uix hominis uidetur, periculum

capitis inferre multis. Id em̄ tum periculosum
ipsi est, tum etiā sordidum ad famam, committe-
re, ut accusator nominetur. Quod contigit M.

Brutus ac-
cusator ue-
hemens.

Bruto summo genere nato illius filio, qui iuris
civilis in primis peritus fuit. Atq̄ etiā hoc præ-
ceptū officij diligēter tenendū est, ne quem un-

* Aliās ar-
cessas.

Scelestum

accusare

innocen-

tē, huma-

nū defen-

dere ali-

quādo no-

centem.

quam innocentem iudicio capitis * accersas. Id
enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam
quid est tam inhumanū, q̄ eloquentiā à natura

ad salutē hominum, & ad conseruationē datam,
ad bonorū pestem, perniciemq̄ cōuertere? Nec
tamē ut hoc fugiendum est, ita habendū est reli-

gioni contrarium, nocentē aliquādō, & nefariū,
impiumq̄ defendere. Vult hoc multitudo, patif
cōsuetudo, fert etiā humanitas. Iudicis est sem-

per in causis uerū sequi, patroni nonnunq̄ ueri
simile, etiā si minus sit uerum defendere. Quod
scribere (præsertim cum de philosophiā scribe-

rem)

q̄ non spectat in iudicio

rem) nō auderem, nisi idem placeret grauissi-

mo Stoicon; Panatio. Maxime autē ipsa, & glo

ria patitur, & gratia defensionibus, eoq; maior

fi quando accidit ut ei iubeniat, qui potētis

alicuius opibus circumueniri urgeriq; uidetur,

ut nos & saepe aliās, & adolescentes contra L.

Syllā dominantis opes, pro S. Roscio Ameri-

no fecimus, quā (ut scis) extat oratio.

• Prima igitur commendatio.) Pietas erga bene-

meritos.

Facillime autem, & cetera.) Consuetudo cum bo-

Sed tamen.) Comitas. (nis uiris.

Magna est enim.) Eloquentia.

¶ Duplex liberalitatis genus, & quatenus ad concili-

andam multitudinem adhibendum.

Sed expositis adolescentum officijs, quā ua-

leant ad gloriam adipiscendā, deinceps de

beneficentia, ac liberalitate dicendum est. Cuius

est ratio duplex. Nam aut opera benigne fit in-

digentibus, aut pecunia. Facilius est hāc poste-

rior (locupletis praesertim) sed illa lautior ac splē-

didior, & uiro forti claroque dignior. Quan-

quam enim in utroque inest gratificandi libe-

ralis uoluntas, tamen altera ex arca, altera ex

uirtute depromitur. Largitioque quā fit ex re

familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit.

Ita benignitate benignitas tollitur. Qua quo-

in plures usus sis, eo min⁹ in multos uti possis.

Atq; qui opera uirtute, & industria benefici, &

liberales erunt, primū quo pluribus profuerūt,

eo plu-

Maxima

ex defen-

dendo glo-

ria.

Adolesce-

tes, in an-

no.

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

27

quod talis postea simili ob offitio ad hoc

338 M. TVLLII CICERONIS

Largitiones multas de causis uitae. eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt, deinde consuetudine beneficentiae paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.

Præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione beneuolentia Macedonum cōfectetur. Quae te malū (inquit) ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis ut Macedoniae non te regem suum, sed ministrum, & praebitorem sperent fore? bene ministrū & praebitorem, quia sordidū regi. Melius etiam quod largitione m. corruptelam esset dixit. Fit enim deterior qui accipit, atq; ad id idem semper expectandum, paratior. Hoc ille filio, sed praecipuum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas, quae constat ex opera & industria, & honestior sit, & latius pateat, & possit prodesse pluribus. Nonnunquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est, & saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiaris impartendum, sed diligenter atq; moderate. Multi enim patrimonium effuderunt incon- sulte largiendo. Quid autem est stultius, quam quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis? Atq; etiam sequuntur largitionē rapinae. Cum enim dando egere coeperunt, alie

multo est minus iuris

quod si per se non possit

Largitiones multas de causis uitae

Ad omnes modum

Cleomenes rex

Demetrius rex

modum largitionis

modum largitionis

modum largitionis

modum largitionis

modum largitionis

modum largitionis

nis bonis manus asferre coguntur. Ita cum beneuolentiæ comparandæ, causa benefici esse uelint, non tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnibus modus adhibeatur, usque referatur ad facultates. Omnis no meminisse debemus, id quod à nostris hominibus sæpiissime usurpatum, iamque in prouerbij consuetudinem uenit: Largitionem fundum non habere. Etenim, quis potest esse modus, cum & hi qui cõsueuerunt, & illud idem alij desideret.

* Sed expositis adolescentum.) Quomodo beneficentia adiungantur uoluntates hominum, ac primum docet quatenus deceat largiri.

At qui opera.) Auget exemplis præclarum Philippi præceptum.

Et sæpe idoneis.) Iuxta prouerbium: οὐτὶ πᾶντα οὐ

De liberali, & prodigo.

OMnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigii, qui epulis & uiscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum uenationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam sint relicturi omnino. Liberales autem, qui suis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut res alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum col-

Adagiū a dolio pertuso translatū, quod ut infusa aqua nunc tam impletur, ita nec populus largitionibus.

Viscerationes conuiuia & caronibus, muneribus, gladiatorum spectacula, cruenta. Ludorum, id est, comædiarum, aut tragicædiarum.

loca

Venatio-
num cum
nouz que
dam fere
populo
exhibent.
Aes alie
nū, id est,
debitum.
Colloca-
tione cum
nuptum
dantur.
Notatus à
Cicerone
Theopha-
stus.
Ad multi-
tudinē de-
liniendam
in multis
exempla-
ribus non
est ascri-
ptum.
Miror in
malā par-
tem.
Crassus di-
ues.
Crassus
orator.
Mutius
Scaeuola.
C. Clau-
dius.
M. & L.
Luculli
fratres.

locatione adiuvant, aut opitulānt, uel in re que-
renda, uel augenda. Itaq; miror quid in mētem
ue nerit Theophrasto in eo libro quem de diui-
tijs scripsit, in quo multa præclare, illud absur-
dum. Est enim multus in laudanda magnificen-
tia, & apparatione popularium munerum, ta-
liumq; sumptuum facultatem fructum diuitia-
rum putat. Mihi autem ille fructus liberalita-
tis, cuius exēpla pauca posui, multo & maior ui-
detur, & certior. Quanto Aristoteles grauius,
& uerius nos reprehendit, qui has effusiones pe-
cuniarum non admiremur, quæ sunt ad multi-
tudinem deliniendam. At hi qui ab hostibus ob-
sidentur, si emere aquæ sextarium mina coge-
rentur, hoc primo auditu incredibile nobis ui-
deri, omnesq; mirari, sed cum attenderint, ueni-
am necessitati dari. Ita in his immanibus ia-
cturis infinitisq; sumptibus nihil nos magno-
pere mirari, præsertim cum nec necessitati sub-
ueniatur, nec dignitas augeatur, ipsaq; illa de-
limitio multitudinis ad breue exiguumq; du-
ratura sit tempus, eaq; à leuissimo quoq; in quo
tamen ipso unā cum satietate memoria quoque
moriatur uoluptatis. Bene etiā colligitur, hæc
pueris & mulierculis, & seruis, & seruorum si-
millimis liberis esse grata. Graui uero homini,
& ea quæ sunt, iudicio certo ponderanti, pro-
bari posse nullo modo. Quanquam intelligo in
nostra

OFFICIORVM LIBER II.

nostra ciuitate inueterasse & iam bonis tempo
 ribus, ut splendor adilitatum ab optimis uiris
 postuletur. Itaq; P. Crassus cum cognomine di
 ues, tū copijs, functus est ædilitio maximo mu
 nere. Et paulò post, L. Crassus cum omnium ho
 minum moderatissimo. Q. Mutio magnificen
 tissima ædilitate functus est. Deinde C. Clau
 dius Appi filius. Multi post, Lucullus, Horren
 sius, Syllanus. Omnes autē P. Lentulus me con
 sule uicit superiores. Hūc est Scaurus imitatus.
 Magnificētissima uero nostri Pōpei munera se
 cundo consulatu, in quibus omnibus quid mihi
 placeat uides. Vitanda tamē est suspicio auari
 tię. Nam Mamercio homini ditissimo præter
 missio ædilitatis, consulatus repulsam attulit.
 Quare etsi postulat à populo (bonis uiris si non
 desideratibus, attamē approbatibus) faciēdum
 est, modo pro facultatibus, nos ipsi ut fecim⁹. Et
 si qñ aliqua res maior aut utilior populari lar
 gitiōe acquiri, ut Orestis nuper prædia in semi
 tis decimę noīe magno honori fuerunt. Ne M.
 quidē Seio uitio datū est, q in caritate annonæ
 asse modū populo dedit. Magna em̄ se & inue
 terata inuidia nec turpi iactura qñ erat ædilis,
 nec maxima liberauit. Sed honori summo nup
 nostro Miloni fuit, q gladiatorib⁹ emptis Rei
 pub. causa, quæ salute nostra continebat, oēs P.
 Clodij conatus, furoresq; cōpressit. Causa igit
 lar

lus.

M. Scau

rus Syllæ

priuin⁹

Honestis

de causis

faciendæ

non un⁹

largitiōes

sed modi

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

ex.

largitionis est, si aut necesse est, aut utile. In his

autem ipsis mediocritatis regula optima est.

Qui citra L. quidem Philippus Q. Fabij filius uir magno
largitio ingenio, in primisq; clarus, gloriari solebat se
nes ullas sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ ha-
honores berentur amplissima. Dicebat idem Cotta Cu-
cuti. rio. Nobis quoq; licet in hoc quodam modo glo-
riari. Nam pro amplitudine honorum quos cun-

Nostro an ctis suffragijs adepti sumus nostro quidem an-
no, empha no (quod corrigi eorum nemini, quos modo no-
fis est. minau) sanè exiguus sumptus adilitatis fuit.

Quibus in Atq; etiam illæ impensæ meliores sunt, muni-
rebus sum Atq; etiam illæ impensæ meliores sunt, muni-
pt^o huius naualia, portus, aquarum ductus, omniaq; quæ
modi re ad usum Reipublicæ pertinent. Quamquam qd
ctius col- presens tanquam in manu datur iucundius est,
locantur. tamen hæc in posterum gratiora sunt. Theatra,
porticus, noua templa, uerecundius reprehen-

do propter Pompejum. Sed doctissimi nō pro-
bant, ut & hic ipse Panætius, quem multum in
his libris secutus sum, nō interpretatus, & Pha-
lereus Demetrius, qui Periclem principem Gre-

Propylæa ciae uituperabat, quod tantam pecuniam in pre-
Mineruz, clara illa propylæa coniecit. Sed de hoc gene-
id est, ue- re toto in his libris, quos de Republica scripsi
stribula sumptuo- diligenter est disputatum. Totā igitur ratio ta-
si^o cœpta, lium largitionum genere uitiosa est, tēporibus
inuidiā at- lium largitionum genere uitiosa est, tēporibus
tulere Pe- necessaria, & tamen ipsa ad facultates accom-
ricli. modanda, & mediocritate moderanda est.

• Alias tū.

• Omnia

• Omnino duo genera.) Prodigalitas damnatur.
Quamquam intelligo.) Quomodo Romæ laudem
meruerit prodigalitas.

¶ Priuata liberalitas, in q̄s & quatenus exercenda.

In illo autem altero genere largiendi, quod
à liberalitate proficiscitur, nō uno modo in
disparibus causis affecti esse debemus. Alia cau-
sa est eius, qui calamitate premit, & eius, qui res
meliores quarit, nullis suis rebus aduersis. Pro-
pensior benignitas esse debet in calamitosos
nisi forte erunt digni calamitate. In his tamen
qui se adiuuari uolent, non ut ne affligantur, sed
ut altiore gradum ascendant, restricti omni-
no nullo modo esse debemus, sed in deligendis
idoneis iudicium & diligetiam adhibere. Nam

præclare Ennius:

Benefacta male locata, malefacta arbiutor.

Quod autem tributum est bono uiro & grato,

in eo tum ex ipso fructus est, tum etiam ex ex-
teris. Temeritate enim remota gratissima est li-

beralitas, eorū eam studiosius pleriq; laudant,

quod summi cuiusque bonitas commune persua-

gium est omnium. Dāda igitur opera est, ut his

beneficijs quā plurimos afficiamus, quorum li-

beris posterisq; prodāt memoria, ut his ingra-

tis esse non liceat. Omnes enim immemores be-

neficij oderunt, eamq; iniuriam in deterreda li-

beralitate sibi etiam fieri, eumq; qui faciat com-

muniem hostem tenuiorum purant. Atq; hæc be-

nign-

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

rendū pro-

ptiores eē

oportet, q̄

ad ornandū

dum, mīstri.

Ad succur-

ad pugna
promptio
res, & ne
egetas re
rum noua
rum cupi
dos faciat.

nignitas etiam Reipublicae utilis est, redimi e
seruitute captos, locupletari tenuiores. Quod
quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in
oratione Crassii scriptum copiose videmus. Hac
ego consuetudinem benignitatis, largitioni mu
nerum longe antepono. Hac est grauium homi
num atq; magnorum, illa quasi assentatorum po
puli multitudinis leuitatem, uoluptatem quali
titillantium. Conuenit autem, tum in dabo mu
nificum esse, tum in exigendo non acerbum. In
omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, co
ducendo, locando, in uicinis uicibus & confinij
aequum & facile, multa multis de iure suo co
cedentem. Aliis uero quantum liceat, & ne
scio an paulo plus etiam quam liceat, abhorren

Paululum
alijs de
suo iure
concedere
liberalita
tis spe
cies.

tem. Est enim non modo liberale paulum non
nunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam
fructuosum. Habenda autem est ratio rei fami
liaris, quam quidem dilabi sinere flagitiosum est,
sed ita ut illiberalitatis, auaritiaq; absit suspi
cio. Posse enim liberalitate uti, non spoliare
se patrimonio nimirum is est pecuniae fructus
maximus. Recte etiam a Theophrasto est lau
data hospitalitas. Est enim (ut mihi quidem uide
tur) ualde decorum, patere domos hominum illustri
um, illustribus hospitibus. Idq; etiam Reipublicae
est ornamento homines externos hoc liberali
tatis genere in urbe nostra non egere. Est etiam

Hospitali
tas publi
ce priuar
timq; uti
lis ad mul
ta.

Deo digne Carbone
si non inuenerit
si non inuenerit
si non inuenerit
si non inuenerit

vehementē utile his qui honeste posse multa uo-
lunt, per hospites apud externos populos uale-
re opibus & gratia. Theophrastus scribit qui-
dem Cimonem Athenis etiam in suos curiales
Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim dicitur in-
stituisse, & uillicis imperauisse, ut omnia prae-
berentur quicumque Laciades in uillam suam di-
uertisset.

* In illo autem altero.) Liberalitatis pars gratifi-
cari largiendo.

Tum in exigendo.) Impudētia flagitare officium.

A litibus.) Lites.

Recte etiam à.) Hospitalitatis.

¶ In altero beneficētie genere, qd operis cōstat, mul-
tum ualere iuris prudētia, longe plurimū eloquentia.

QUAE autem opera, non largitione benefi-
cia dantur, hęc tum in uniuersam Rem
publicam tum in singulos ciues conferuntur.
Nam in iure cauere, cōsilio iuuare, atq; hoc scie-
tiae genere prodesse q̄ plurimis, uehementer &
ad opes augēdas pertinet, & ad gratia. Itaq; cū
multa praeclara maiore, tum q̄ optime cōstituti
iuris ciuilis summo semper in honore fuit co-
gnitio atq; interpretatio. Quam quidē ante hęc
confusionem temporis in possessione sua princi-
pes retinuerunt. Nunc ut honores, ut oīs digni-
tatis gradus, sic huius scientiae splendor dele-
tus est. Idq; eo indignius, quod eo tempore hoc
contigit, cum is esset, qui omnes superiores, qui
bus honore par esset, scientia facile uicisset.

Hęc

Cimonis
hospitali-
tas in com-
tribules
suos.

Antigtus
in precio
habita iu-
ris prude-
tia.

apostrophis
sic. coesa
rū.

ut de demosthenis iure alio quidam uir ab
tunc affertur, caned in m d
romas gphs.

et phr. Dicendi fa-
mulo, cultas an-
tefertur.
Gra-
ti.

146 M. TULLII CICERONIS
Hæc igitur opera grata multis, & ad beneficijs
obstringendos homines accommodata. Atque
huic arti finitima est dicendi grauior facultas,
& gratior & ornatior. Quid enim eloquentia

30
Turpis
mercena-
ria eloque-
tia.
Ex leuio-
ribus quo-
que ope-
ris gratia
cõciliari.

laudabilius & prestabilius, uel admiratione au-
dientium uel spe indigentium uel eorum, qui de-
fensi sunt gratia. Huic quoque ergo à maioribus
nostris est in tota dignitate principatus datus.
Diserti igitur hois, & facile laborans, quodq;
in patrijs est moribus, multorum causas, & non
grauate, sed gratuito defendentis, beneficia &
patrocinia late patent. Admonebat me res, ut
hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne
dicam interitum deplorarem, niuerer, ne de

Mira di-
stributio.

me ipso aliquid uiderer queri. Sed tamen uide-
mus, quibus extinctis oratoribus, quam in pau-
cis spes, quato in paucioribus facultas, quam in

Ex leuio-
ribus quo-
que ope-
ris gratia
cõciliari.

multis sit audacia. Cum autem omnes non pos-
sint, ne multi quidem aut iuris periti esse, aut di-
ferti, licet tamen opera prodesse multis, benefi-
cia petentem, commendantem iudicibus, magi-
stratibus uigilantem pro re alterius, eos ipsos
qui aut consulunt, aut defendunt rogantem.
Quod qui faciunt plurimum gratiæ consequun-
tur, latissimeq; eorum manat industria. Iam il-
lud non sunt admonendi, est enim in promp-
tu, ut animaduertant, cum alios iuuare uelint, ne
quos ostendant. Sæpe em aut eos laudant, quos

NON

non debent, aut eos q̄s nō expedit. Si imprudē
 tes, negligentia est: si sciētes, temeritatis. Vten
 dum eria est excusatione aduersus eos, quos in-
 iuitus offendas, quacūq; possis, quare id quod
 feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris.
 Ceterisq; operis, & officiis erit, quod uiolatum
 uidebitur compensandum.

* Quæ autem opera.) Pars liberalitatis opera gra-
 tificari.

Tum quā optime.) Respondere de iure.

Atque huic arti.) Dicendo gratificari.

Admonebat me res.) Deplorat Reipublicę calamī-
 tatem.

¶ Operā apud tenues & bonos rectius, quā apud
 locupletes collocari. Nulli tamen nisi iusta in re præ-
 standam esse.

Sed cum in hominibus tuandis, aut mores
 spectari, aut fortuna soleat, dictu quid est
 proclive, itaq; uulgo loquuntur, se in beneficiis
 collocandis, mores hominum, non fortunam se-
 qui. Hæc oratio est, sed quis est tandem, qui
 inopis, & optimi uiri causæ non anteponat in
 opera danda gratiam fortunati & potentis? A
 quo enim expeditior, & celerior remuneratio
 fore uidetur, in eum fere est uoluntas nostra pro-
 pensior. Sed animaduertendum est diligētius,
 quæ natura rerum sit. Nimirum enim inops il-
 le si bonus est uir, etiam si referre gratiam non
 potest, habere certe potest. Comode autem, qui
 cūq; dixit, pecuniā, qui habeat, nō reddidisse, gratiam.

K 3

& qui

alia i raro in scriptura
i habita gratia qd
i prima ubi 148

M. TULLII CICERONIS

Reddita
pecuniā.

& qui reddiderit, nō habere: gratiam autem &

qui rettulerit habere, & qui habeat, rettulisse.

At qui se locupletes, honoratos, beatos putant,

hi ne obligari quidē beneficio volunt, qui etiam

beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi, quīs

aliquid magnum acceperint, neq; etiam a se aut

postulari, aut expectari aliquid suspiciantur: Pa-

trocinio uero se ufos, aut cliētes appellari, mor-

tis instar putant. At uero ille tenuis, cum quic-

quid factum sit, sese spectatum, non fortunam

putat, non modo illi, qui est meritis, sed etiam

illis, a quibus expectat (eger enim multis) gra-

tum se uideri studet. Neq; uero uerbis auget su-

um munus (si quo forte fungitur) sed etiam ex-

47 tenuat. Videndumq; illud idem quod si opulen-

tum, fortunatumq; defenderis, in illo uno, aut

forte in liberis eius manet gratia. Sin autē ino-

peui, probum tamen & modestum, omnes non

improbi humiles (quæ magna in populo multi-

tudo est) præsidium sibi paratum uidet. Quam-

obrem melius apud bonos quam apud fortuna-

tos beneficium collocari puto. Danda omnino

opera est, ut omni generi satisfacere possimus.

Sed si res in contentionem uenerit, nimirum The-

mistocles est autor adhibendus, qui cum consu-

leretur, utrū bono uiro pauperi, aut minus pro-

bato diuiti filiā collocaret: ego, inquit, malo ui-

rum, qui pecunia egeat, quam pecuniam quæ ui-

Humilis
probitas.

Contetio
nem & col
latio
nem.

Themisto

Contetio
nem & col
latio
nem.

Themisto

Contetio
nem & col
latio
nem.

Themisto

Contetio
nem & col
latio
nem.

Themisto

Contetio
nem & col
latio
nem.

Themisto

Marhat. Mille...
Bene gola: I corph...
149

OFFICIORVM LIBER II.

149

ro. Sed corrupti mores, deprauatiq; sunt admi-
ratione diuitiarū, quarum magnitudo quid ad
unumquemq; nostrum pertinet? Illum fortasse
adiuuat qui habet, ne id quidem semper. Sed fac
iuuare, potentior sane sit, honestior uero quo
modo? Quod si etiam bonus erit uir, ne impe-
diant diuitiae, quo minus iuuetur, modo ne ad-
iuuent, sitq; omne iudicium, non quam locu-
ples, sed qualis quisque sit. Extremum autem
praeceptum in beneficijs, operaque danda est,
ne quid contra aequitatem contendas, ne quid
pro iniuria. Fundamentum enim perpetue com-
mendationis & famae, est iustitia, sine qua nihil
potest esse laudabile.

* Sed cum in hominibus.) Quibus sit gratifican-
dum.

Cōmode autē.) *ΓΕΩΜΗ.* Extat & pro Plancio. Cel-
lius uidetur prae rem calumniari hanc sententiam.
Fundamentum enim.) Reuocat ad iustitiam.

¶ Liberalitas in uniuersam multitudinem modice
exercenda, exactiones non nisi in iusta necessitate.

Sed quoniam de eo genere beneficiorum di-
ctū est, quae ad singulos spectant, deinceps
de his quae ad uniuersos, quae ad Rempublicā
pertinent disputandū est. Eorum autem ipso-
rum partim eiusmodi sunt, ut ad uniuersos ciues per-
tineant, partim singulos ut attingant, quae sunt
etiā gratiora. Dada est opera omnino si possit
utrisq; nec minus, ut etiā singulis consulat. Sed
ita ut ea res aut p̄sit, aut certe ne obsit Reip.

K 4 C. He

elis apople
thema:

Malo uirū

sine pecu-

nia, q̄ sine

uiro pecu-

niam.

Nihil dici

potuit uel

grauius

uel festi-

uius.

Turpi in

causa ne

mini com-

modanda

opera.

Singuli &

uniuersi

pugnant

inter se.

In vetusto
codice, He
lin & duæ
uoces abe
rant. *He*

C. Helij & I. Gracchi frumentaria magna largitio fuit, exhauriebat igitur aerarium: modica M. Octavij, & Reipublicæ tolerabilis, & plebi necessaria, ergo & civibus, & Reipublicæ saluta-

Antiquari, id est,
colli & ab
rogari.

Capita-
lis. id est,
ad extre-
mam per-
niciem spe-
ctans.

Exactio
tributorū
mitanda.

Ominari,
id est, no-
minando
causam
malū omē
adferre.

ris. In primis autem uidentum erit ei qui Rem publicam administrabit, ut suum quilibet teneat, neq; de bonis priuatoꝝ publice diminutio fiat. Perniciose em̃ Philippus in tribunatu cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, in eo uehementer se moderatum praeuiſit. Sed cum in ageto multa populariter, tum illud male, nõ esse in ciuitate duo milia hominũ, qui rem haberet. Capitalis oratio, est ad æquationem bonoꝝ pertinens, qua peste quæ potest esse maior. Hanc enim ob causam maxime ut sua tenerent, Respublica ciuitates constitutæ sunt. Nam etsi duce natura congregantur homines, tamen spe custodiæ rerum suarum urbium præſidia quærebant. Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ~~ararũ tenuitatem~~ affiduitatem que bellorum, tributum sit conferendum, idq; ne eueniat multo ante erit prouidendum. Sin qua necessitas huius muneris alicui Republicæ ob uenerit (malo enim alteri quam nostræ ominari, neq; tãtum de nostra, sed de omni Republica disputo) danda erit opera, ut omnes intelligant, (si salui esse uelint) necessitati esse parendum.

Praxis der
Masse 9 4 1/2

dum. Atque etiam omnes, qui Rempublīcā gubernabūt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quæ sunt ad victum necessaria. Quorum qualis comparatio fieri soleat, & debeat, nō est necesse disputare. Est enim in promptu. Tantum locus attingendus fuit.

* Deinceps de his.) De publicis largitiōibus quā pernicioſæ sint Rebus publicis.

C. Helij & P. Gracchi.) Sp. Melij & C. Gracchi M. Octavius aduersarius fuit.

Qua peste quæ.) ΕΠΙΘΥΜΙΑ.

Ad gratiam multitudinis cōparandum maxime ualere abstīnētiā, contraq; ex inuasiōe alieni summam existere perniciem.

C Aput aut est, ut omni in procuratione negocij, & muneris publici, auaritiæ pellantur etiam minima suspicio. Utinam, inquit, C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me reseruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cōpissent, non essem passus diutius eos imperare. Ne illi quidem multa secula expectanda fuerūt. Modo enim hoc malum in hac Rempublicam inuasit. Itaq; facile patior, tunc potius Pontium, fuisse si quide in illo tantum fuit roboris. Nondum cētum & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis a Lucio Pisonē lata est lex, nulla antea cum fuisset. At uero postea tot leges, & proximæ quæq; duriores, tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum, tanta sub-

latiſ

Reperitur

Memora-

bile de Ro-

manorum

ducum cō-

tinencia.

Vide, ne re-

ctius lega-

tur: Hæc q;

dem illi se-

cula expe-

ctāda fue-

rūt, quod

modo ad

breuitatē

interualli

referatur.

50 Sero aua-

ritia ad

Roma-

nos demi-

grauit.

K 5

Ab hoc tri-
buno ple-
bis pri- 51
mum lata
lex de re-
petundis.
Censorio
& manilio
cōsulibus
Aphricani
abstinen-
tia.
Valeri⁹ ti-
tulo de ab-
stinētia.
Pauli Ae-
milij in ui-
etoria Per-
se abstine-
tia, lege
Plutar-
chū. 52
Scipio Ae-
milianus,
q Aphrica
n⁹ minor.
Mummi⁹
Achaicus
euerſa Co-
rintho ab
omni pre-
da abſti-
nit. 53
Spartā cu-
piditas ex-
pugnauit.
Oraculū
Spartę red-
ditum ē

latis legibus, & iudicijs expilatio, direptione so-
ciorum, ut imbecillitate aliorum, no nostra uir-
tute ualeamus. Laudat Aphricanum Panætius,
quod fuerit abſtiniens: quid ni laudet? sed in il-
lo alia maiora. Laus enim abſtinentiæ non ho-
minis est ſolum, ſed etiam temporum illorum.
Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, po-
titus est Paulus. Tantum in æſarium pecuniæ
inuexit, ut unius imperatoris præda finem attu-
lerit tributorum. At hic nihil in domum ſuam
intulit, præter memoriam nominis ſempiter-
nam. Imitatur patrem Aphricanus, nihilo locu-
pletior Carthagine euerſa. Quid? qui eius col-
lega in cēſura fuit Lucius Mummius, nunquid
copioſior cum copioſiſſimam urbem funditus
ſuſtuliffet? Italiam ornare, quam domum ſuam
maluit. Quamquam Italia ornata, domus ipſa
uidetur ornatioꝝ. Nullū igitur uitij terrius (ut
eò unde egreſſa eſt, referat ſe oratio) q auari-
tia, præſertim in principibus & Rempublicam
gubernantibus. Habere enim quaſtiui Rempu-
blicam non modo turpe eſt, ſed ſceleratu etiam,
& nefarium. Itaq; quod Apollo Pythius oracu-
lo ædidiſt: Sparta nulla re alia, niſi auaritia eſſe
perituram, id uidetur non ſolū Lacedæmonijs,
ſed & omnibus opulentis populis prædiſſe.
Nulla autem re conciliare facilius beneuolen-
tiam multitudinis poſſunt hi, qui Reipublicæ

(Sed et sic fuisse uoluit.)

præ-

Ex quo eo tēpore tanta discordia secuta sunt
 ut tyranni existerent, & optimates extermina-
 rentur, & praeclarissime constituta Respublica
 dilaberetur. Nec uero solum ipsa cecidit, sed etiam
 reliquam Graecia euerit contagionibus ma-
 lorum, quae a Lacedaemoniis profecta manarunt
 latius. Quid nostros Gracchos Tyberij
 Gracchi lummi uiri filios, Africani nepotes,
 nonne agrariae contentiones perdididerunt? At
 uero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui cum

Patere la-
 tius, ma-
 nare lati-
 us, uenur-
 tus fere-
 mo.

Ara salu-
 tare exem-
 plum.
 Historia
 extata
 pud Poly-
 bium.

happ de quo
 plurar fuis

eius ciuitas quinquaginta annos a tyrannis te-
 neretur, profectus Argis, Sicyonem clandesti-
 no introitu urbe est potitus. Cumq; tyrannum
 Nicoclem improuiso oppressisset, sexceros exu-
 les (qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi) re-
 stituit, Remq; publicam aduentu suo liberauit.
 Sed cum magnam animaduerneret in bonis &
 possessionibus difficultatem, quod & eos, quos
 & ipse restituerat, quorū bona alij possederant,
 egere iniquissimi arbitrabatur: & quinquagin-
 ta annorū possessiones mouere, non nimis equū
 putabat, propterea quod tam longo spacio mul-
 ta hereditatibus, multa emptionibus, multa do-
 tibus tenebantur: sine iniuria iudicauit, neq; il-
 lis adimi, neq; his non satisfieri, quorum illa fue-
 rant, oportere. Cum igitur statuisset opus esse
 ad eam rem constituendā pecunia, Alexandria
 se proficisci uelle dixit, remq; integram ad re-

ditum

ditum suum iussit esse. Isque celeriter ad Ptole-
mæum suum hospitem uenit, qui tum regnabat
alter post Alexandriam conditam, cui cum ex-

posuisset patriam se liberare uelle, causamq; do-

cuisset, à rege opulento uir summus facile impe-

trauit, ut grandi pecunia adluuaretur. Quam

cum in Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in con-

silium quindecim principes, cum quibus causas

cognouit, & eorum qui aliena detinebant, & eo-

rum qui sua amiserant, præfecitque æstimandis

possessionibus, & ut persuaderent alijs, ut pecu-

niam accipere mallent, & possessionibus cede-

rent: alijs ut commodius putarèt, numerari sibi

quod tanti esset, quàm suum recuperare. Ita per-

fectum est, ut omnes constituta concordia sine

quærela discederent. O uirum magnum, dignum

qui in nostra Repub. natus esset. Sic par est age-

re cum ciuibus, non (ut bis iam uidimus) hæstam

in foro ponere, & bona ciuium uoci subicere præ-

conis. At ille Græcus (id quod fuit sapientis &

præstantis uiri) omnibus consulendum putauit.

Eaq; est summa ratio, & sapientia summi ciuis,

commoda ciuis defendere, non diuellere, atque

omnes æquitate eadem continere. Habitèt gra-

tis in alieno. Quid ita? Ut cum emerim, ædifica-

rim, tuear, impendam, tu me inuito fruarè meo?

Quid est aliud alijs sua eripere, alijs dare alie-

na? Fabula uero nouè quid habent argumenti,

Prepositio in, de
est in uetu
sto exem
plo.

55

allos 13

principes

qui & uocabat

exemplum boni.

56

57

Exclamatio

f. bona ciuium

scribit.

f. in bello

Mariano

& Casaria

no

tragedia

omnino

Stomacha

tur Cice

ro nonni

hil etiã pri

uato dolo

re.

nisi

May colluz

Diuisio a-
grorū in-
digna.
Exagge-
rat con-
nationem
æris alie-
ni.

nisi ut emas mea pecunia fundum, & cum tu ha-
beas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem
ne sit res alienum quod Reipublice noceat, pro-
uidendum est, quod multis rationibus cauere po-
test, si hoc non fuerit, ut locupletes suum per-
dant, debitorum lucratur alienum. Nec enim ul-
la res uehementius Rempublicam continet, q̃
fides, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria
solurio rerum creditarum. Nunq̃ enim ueheme-
tius actum est, q̃ me consule ne solueretur. Ar-
mis & castris tentata res est ab omni genere ho-
minū & ordine, quibus sic restitit, ut hoc tantū
malum de Republica tolleretur. Nunquam nec
maius res alienum fuit, nec melius, nec facilius
dissolui potest. Fraudandi enim spe sublata sol-
uendi necessitas consecuta est. At uero hic nuc
uictor, tum quidē uictus, quæ cogitabat, ea per-
fecit, cum eius iam nihil interesset. Lanta in co-
peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delecta-
ret peccare, etiam si causa non esset. Ab hoc igi-
tur genere largitionis ut alijs detur, alijs aufe-
ratur, aberūt hi, qui Rempublicam tuebuntur.
In primisq; operam dabunt, ut iuris, & iudicio-
rum equitate suum quisq; teneat. Et neq; tenuio-
res propter humilitatem circumueniantur, ne-
que locupletibus ad sua uel tuenda, uel recupe-
randa obsit inuidia. Præterea quibuscunque re-
bus uel belli, uel domi poterunt, Rempublicam
augeant

solutio in
soluendo
S. B. N. d. n. p. m.

Vasque
mocha
Cesar æri
ter taxa-
tus.

lex i. d. n.
m. q. r. q.

OFFICIORVM LIBER II.

157

augeant imperio, agris, uectigalibus. Hæc ma-
gnorum hominum sunt, hæc apud maiores no-
stros factitata. Hæc genera officiorum, qui per
sequitur, cum summa utilitate Reipublice ma-
gnam sibi adipiscuntur & gratiam & gloriam.
In his autem utilitatum præceptis Antipater
Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper est mortu-
us, duo præcepta censet esse à Panætio præter
missa, ualerudinis curatione & pecuniæ. Quas
res à summo philosopho præteritas arbitror,
quod essent faciles. Sunt certe utiles.

*Antipater panætio
Panætius
à Cicero
ne defen-
sus contra
Antipa-
trum.*

* Caput autem est.) *Antipateris.* Commemorat enim
continentiam principum.

Laudat Africani.) Exemplorum aceruus.

Spartam nulla.) Apollinis oraculum.

Lacedæmonii Lysandrum.) Vide Plutarchum in ho-
rum uitis.

At uero Arat⁹.) Extat & huius uita in Plutarcho.
Estq; epigramma in eum compositum, quod ad com-
mendandam lectoribus memoriam uirtutis huius ui-
ri libuit adscribere.

Βουλαὶ μὲν καὶ αἰθλα καὶ ἡ πόδι ἑλλὰς ἀλκαί,

τῷ δὲ ἀνδρὸς σήλας πλάθεται ἡρακλῆες,

αἷμα δὲ ἰκόν' ἄρατι τιὰρ νόσοισι τυχόντις

τάσσεμεν ἀντ' ἀρετᾶς ἡδὲ δικαιοσύνας.

σωτῆρ' ὡς σωτῆρσι θεοῖς, ὅτι πατρίδι τῇ σὺ

δαίμονι σὺ, θεῶν δὲ πατρὸς ἑννομία.

Id est,

Herculeas quàmuis æquent tua facta columnas

Dum patriam seruas inclyte Arate tuam.

Nos tamen hanc statuam pro libertate recepta

Virtutis testem fecimus esse tuæ.

Communis tibi cum dijs seruatoribus esto

Hic honor, in patriam nam pia iura refers.

Tabu

Tabulæ uero nouæ.) Nouæ tabulæ condonatio debitorum.

Nunquam enim uehementius.) Suum exemplum commemorat.

At uero hic noster.) Cæsaris exemplum contrarium.

¶ Quibus rationibus ualētudo & res familiaris tū paranda, tum tuenda.

Sed ualētudo sustentatur ^{notitia} notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse, & continentia in uictu omni, atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis uoluptatibus. Postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinet.

Res autem familiaris quærī debet his rebus, à quibus abest turpitudine. Conseruari autem diligentia, & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui Oeconomicus inscribitur, quem nos ista ferè græte cum e-

Oeconomicus, id est, de familiaria administratione.

semus, quæ es tu nunc, è Græco in Latinum conuertimus.

• Res autem familiaris.) Rei familiaris cura.

Conseruari autem.) Parsimonia magnū uectigal.

¶ Quartum genus deliberatiōis, inter utilia utrum utilius, aut quid utilissimum.

Sed utilitatum comparatio (quoniam hic locus erat quartus à Panætio prætermisus) sæpe est necessaria. Nam & corporis commodum cum externis, & externa cum corporis, & ipsa inter se corporis cum corpore, & externa

ut hanc si bona
omni ut vltis
corpus
foster

gloria simile
uoluntaria
reale hui
pote hui
ex p
pulsio hui
forma

corpus: ut forma, uis, fam
tas, uen, p. h. l. o.

corpus: ut forma, uis, fam
tas, uen, p. h. l. o.

corpus: ut forma, uis, fam
tas, uen, p. h. l. o.

cum externis comparari solent. Cum externis corporis, hoc modo cōparantur: Valere ut maioris ^{corpore} ma-
 jor ^{corpore} diues esse. Cum corporis, externa hoc mo-
 do: Diues esse potius, q̄ maximis corporis uir-
 bus. Ipsa inter se corporis, comparantur sic, ut
 bona ualeudo uoluptati anteponatur, uires ce-
 leritati. Externorū autem, ut gloria diuitijs, ue-
 stigalia urbana rusticis. Ex quo genere cōpara-
 tionis illud est Catonis senis, A quo cum quere-
 retur quid maxime in familiari expeditur, re-
 spondit, bene pascere. Quid secundum? satis be-
 ne pascere. Quid tertium? bene uestire. Quid
 quartū? arare. Et cum ille, qui quæsierat, dixis-
 set, quid fœnerari? tum Cato, quid hominem, in-
 quit, occidere? ex q̄ & multis alijs intelligi de-
 bet, utilitatum cōparationes solere fieri, recte q̄
 hoc adiunctū esse, quartū exquirendorū officio-
 rum genus. Sed toto hoc de genere, de queren-
 da, de collocāda pecunia, etiam de utēda, cōmo-
 dius à quibuscūq̄ optimis uiris ad mediū ianuę se-
 dētibz, q̄ ab ullis philosophis ulla in schola di-
 sputantur. Sunt tamen ea cognoscenda. Perti-
 nent enim ad utilitatē, de qua hoc libro dispu-
 tatum est. Reliqua deinceps persequemur.

ERASMVS ROTERODAMVS.

¶ Ad medium ianuę sedentibus. Non dubito quin
 meo iudicio sub scripturæ sint eruditorū centurizæ. Si
 quidē omnino legendū arbitror, ad mediū Ianū, ut in-
 telligamus eamforti partē, in qua cōsistebant fœnera-
 L tore s,

tores, & in qua uersabantur quibus cum illis res erat. Damaspippus apud Horatiū libro Sermonū 2. Sat. 3. ex negociatore factus philosophus Stoicus ita loquitur:

Postquam omnis res mea Ianum

Ad medium fracta est, aliena negocia curo,

Excussus proprijs.

Quem locum sic explicat Porphyrio, quia omnes ad Ianum in basilica stabant fœneratores. Acron ita: Iani statux tres erant, ad unam illarū solent cōuenire creditores & fœneratores, alij ad reddendū, alij ad locandum fœnus. Hæc Acron, quem suspicor de suo affinxisse commentum de tribus statuis, quibus Christophorus Lādinus facit tria templa. Probabilius est medium Ianum uocari, quod in medio foro basilicā haberet. Erat enim olim aliud fœneratorum genus, qui in foro uersabantur, numeraturi protinus, si quis quid præfente pecunia mercaret. Friuolū est autē quod Lādinus medium Ianū exponit mediā mercaturam. De his utique sensit M. Tullius, qui Romæ in foro ad mediū Ianum sedebat, de bene collocanda pecunia disputātes. Verba Ciceronis sic habent: Sed toto hoc de genere, de querenda, de collocanda pecunia, etiā de utenda, cōmodius à quibusdam optimis uiris, ad mediū Ianū sedentibus, quā ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Hæc Tullius, & paulo ante facta est de fœnerando mētio, quod licet improbet Cato, tamē hinc colligit Cicero & olim utilitatū cōparationes fieri solere. Porro qui ad mediū ianuę, de hemicyclis interpretant, hoc adferre maluerūt, quā nihil dicere. Primum enim hemicycla nō sunt ad mediū ianuę, sed circa ianuā potius: nec qui illic desidet magis disputāt de bene collocanda pecunia, quā de rebus quibuscumque alij, ac plerumque de nugis. Iam in scriptura facillimus fuit lapsus. Ad mediū Ianū fortassis notula superposita uel erat obscurior: Ea sublata ianu nihil significabat: itaque scriba fecit ianuę. Aut alij quis semidoctus, qui nō legerat Horatiū, eoque nō intelligens quid esset medius Ianus, uertit in mediū ianuę. Nec id miror accidisse, uel scribæ uel eru diti cuiuspiam & audaculi uitio, magis miror in opere tam celebri,

brī, tam utili, quod omnīū manibus terebat, qđ quoti-
die prelegebat in scholis, quod ad uerbū ediscebatur,
tam insigne mendū hactenus à nomine fuisse animad-
uersum, quod equidē sciam. Sed utinā pauciora mon-
stra larent ac fallerēt in optimis autoribus. In hoc
pulcherrimo facinore libēs exhorter eruditos, ut sese
mutua opera iuuent, nec inter se cōtentionibus amar-
ulentis digladiātes, nec publicis studijs si quid felici-
ter animaduernerint inuidētes, quemadmodū hoc nūc
damus: datori plura, si uires animo respondeant.

MARCI TVLLII CICERONIS

Officiorum II. libri finis.

ANNOTATIONES ALIQVOT SERMO
num ac uocum in II. librum Officiorum.

Quemadmodū.) Pro quo pacto, secus positum est,
qđ cum dicimus, quemadmodū diues est, ita potēs.
2 Ducerentur.) Venustius ducit alicunde, quod in-
de proficiscitur.

3 Sequitur.) Tritius est, superest, restat, reliquum
est, consequens est, ut de officio dicamus. Minus autē
usitatum est, sequitur, in eodem sensu.

4 Maxime utile.) Cicero uidetur uitaſſe superlati-
uum huius nominis, utilissimum, siue utilitum.

5 Nec me angoribus dedi.) Dat se uoluptatibus, aut
dolori, qui non repugnat, sed sese permittit.

6 Ad philosophiā retulisse.) Ut aliquō se confert,
qui proficiscit, ita se refert, qui redit, & repetit quod
ante reliquerat.

7 Multum adolescens.) Nouitate uenusta nomini
substantiuo addi solet aduerbium epitaſeos: Admo-
dum adolēſcēs, admodum puer aut puella: Ne parum
sis leno, nimium mater es. Sed hoc loco multum refe-
rendum est ad genitium temporis, interiectis in me-
dio dictionibus nonnullis.

8 Amicorum, & Reipublicę temporis.) Noue dixit
tempus amicorum, & Reipublicę, pro tempore, quod
amicorum, & Republicę negotijs impendebatur.

9 Requies curarum.) Vt animi requies dicitur, ita & curarum requiem dixit, cum à curis quiescit. Quæ si dicas otium mentis, & otium studiorum, cum à studiis cessatur.

10 Aliquid acquirit.) Acquirere non est simpliciter aliquid nancisci, sed adiungere potius his, quæ iam parva sunt.

11 Nos autem ut cæteri.) Ordo sermonis perturbatior est, & obscurus amphibologia. Sic ordinari potest: Nos dissentientes ab his, nempe Stoicis, quia alia dicunt esse certa, alia incerta, sicut & cæteri Academici dissentiunt, dicimus alia probabilia, alia improbabilia. Et mox contrà posuit, pro uero siue rursus.

12 Quod me impediatur.) Vetat me loqui usitate dicimus obstat mihi loqui, non ausim dicere. Cum autem impedire nihil aliud sit quàm impedimento esse: Noue dixit Cicero, impediatur me sequi. Mollius & tritius est, impedit, quo minus sequatur.

13 Causarum esset facta contentio.) Contentione dixit, pro cōparatione, siue collatione. Sic numero 48 libro II. Si ea res in contentionem ueniat.

14 Constitueret honestū.) Constitueret dixit, pro poneret.

15 Ad eam speciem traducenda.) Traducere dixit, pro in diuersam partem ducere, siue transferre, quod uerbum in hoc quidem sensu est usitatius.

16 Principes inueniendi fuerunt.) Principes dixit primos, sed noue addidit gerundium inueniendi, sentiens primos inuentores.

17 Conspiratione hominum.) Conspirationē usurpauit in bonam partem.

18 Nulla tam detestabilis.) Videbatur posci, ut: Sed quoniam quæ non, resoluitur in, ut ea non, subiecit quæ, pro ut ea.

19 Artibus tribuuntur operosis.) Operosis dictum uidetur ab opera, non ab opere. Operosum dicitur, quod multo opere, multoq; negotio cōstat. Hic operosus dixit, quod operis, nō animi uiribus exercentur.

20 Quibuscum congregamur.) Congregamur dicendum

Etum est pro cōsuetudinem habemus, & idcirco addi-
dit, cū quibus, ut dicimus, mecū habent consuetudinē.

21 Si quid importetur nobis.) Importetur incom-
modum. Noue dixit, pro inferatur.

22 Cum restauit.) Restare fortunam dixit, cum est
aduersa, quemadmodum resistit, qui ex aduerso ob-
stat, & repugnat, qui ex aduerso pugnat.

23 Aut spe sibi id utile futurum.) Noue nomini ad-
didit uerbū. Quis enim ausit ita loqui, uenio huc spe,
te mecum iturum ad cēnam? Mollius tamen est, cum
additur, ducitur spe, ductus spe. Nam spes est pro spe-
ro satis usitatum.

24 Vel ad perpetuitatem.) Cum perpetuum ferē ac-
cipiatur pro continuo. Hic perpetuitatem usurpasse
uidetur pro æternitate.

25 Cōpunctum nobis.) Cōpunctū dixit, undiq; no-
tatū. Vnde uidetur theologi dixisse cōpunctionem.

26 Desitum est enim uideri.) Pro desit uideri.

27 Ex bellis transalpinis triumpharunt.) Trium-
phamus hostem, quem in triumpho ducimus, & triū-
phamus ex his unde triumphum referimus.

28 Capitur beneficijs.) Mirum cur non uitarit am-
phibologiam, nam capitur beneficijs, qui ducitur &
delectatur beneficijs. Hic sentit beneuolentiam adipi
sci nos bene faciendo.

29 Amor multitudinis commouetur.) Commoue-
tur pro excitatur, in bonam partem.

30 Capere consilium.) Dicitur non qui consulit ali-
um, sed qui ipse reperit consilium.

31 Animi despiciētia.) Noue dixit despicientiā, pro
magnitudine, qua infra nos posita contemnimus.

32 Ac mox.) Magis noue dixit, admirabilitatē fa-
cit, pro eo quod est usitatus, reddit hominem uehe-
menter admirabilem.

33 Nec illi quidem.) Sunt qui dubitent, satis ne La-
tinum sit uti, nec si sequatur quidem. Hic tamē ita est
locutus Cicero. Atque alijs quoque locis, ne quis cau-
setur hic fuisse casum: uelut libro II. numero LXIII.
nec illi quidem septē. Rursus numero septuagesimo

tertio. Rursus numero octogesimo septimo. Rursus LXXXIX. Item XC. Item CII. Item de amicitia, numero XVIII. Rursus XX. Rursus de senectute numero XXVII. Item XXVIII. ac mox XXIX.

34 Lælius is, qui sapiens usurpatur.) Noue dixit, pro eo quod erat, cui usus tribuit cognomen sapiētis.

35 Cum prohiberet iniuria.) Pro eo quod erat, de fenderet ab iniuria.

36 Nam aliter iustitia nō esset.) Aliter noue posuit, pro alioqui, quo modo usurpatur & aliās. Nam secus, ad hunc modum non ausim usurpare.

37 Sed etiam collocandē.) Collocatur opera, collocantur horæ: collocatur beneficium, collocatur & pecunia, quæ insumitur, aut impenditur, sed id magis sit nouum in oratiōe absoluta. Mollius est cum dicimus collocauit in nugis, collocauit in ingratum, male collocatum beneficium.

38 Tam diu laudabitur, dum, & cætera.) Videbatur quam diu magis responsurum ad tam diu. Et tamen hoc negligens subiecit dum.

39 In hominū ignoratione uersatur.) Noue dixit, pro hominibus est ignota.

40 Benigne fit indigentibus.) Bene fit, quibus præstat beneficium, pro quo Cicero noue dixit, benigne fit, impersonaliter.

41 Gratificādi.) Gratificādi dixit, quod Græci χάρις, non ad gratiam aliquid faciendi, sed præstandi beneficium.

42 Quæ te malū, inquit, ratio.) Malum hic uel ad uerbium est, uel si malis, interiectio indignantis. Hoc non intelligens sciolus quispiam, ita locum hunc in plerisque codicibus deprauarat: Quod te malum, inquit, rationis.

43 Sed diligenter atque moderate.) Diligenter hic usurpat non illo uulgaris more, sed ut idem ualeat quod cum delectu.

44 Ut his ingratissimum esse non liceat.) Docent il lud grāmārici, hoc genus sermonis trifariam efferri, nō licet esse ingratissimum, non licet esse ingratos, nō licet esse ingratissimum.

ti. Primum elegantissimum est, postremum durissimum.

45 Latissimè manare.) Dixit Cicero, sicut latissimè patet, sicut latissimè spargitur.

46 Gratiam autè & qui reddiderit.) In locum huic affinem argutatur Aulus Gellius libri primi capite IIII. Is ibi citatur ex oratione M. Tullij pro Planco.

47 Gratum se uideri studet.) Verusto more dixit, cum usitatius sit, qui gratus uideri studet.

48 Qui rem haberet.) Dixit absolute, pro diuitem esse: secus autem, cum dicimus, rem habet cum illo.

50 Nulla antea cum fuisset.) Annotanda est nouitas compositionis, nam simplicius erit, cum nulla antea fuisset.

51 Expilatio direptioq; sociorum.) Hoc annotauit, quod quidam putant expilandi uerbum non posse referri ad personam, sed dūtaxat ad rem. Expilatur gratium, hic uidemus & socios expilari.

52 Quid? qui eius, & cætera.) Quid separandum est à reliquo sermone, habet enim nihil aliud quàm uehementiam orationis & excitat auditorem.

53 Habere questui.) Dixit, quemadmodum dicimus habere risui, habere ludibrio. Quod tamen nō itidem liceat in cæteris omnibus.

54 Optimates exterminarent.) Exterminare dixit in exilium abigere. Quo uerbo secus utunt theologi.

55 In Sicyonem attulisset.) Si Sicyon hic est urbs, mīrum est additam præpositionem more Græcorum.

56 Ita perfectum est.) Perfectū est, simpliciter usus est, pro factum est.

57 Mox constituta concordia.) Dixit pro facta, siue inita, siue constabilita. Nam aliās constituta dicitur, quæ decernuntur, aut præscribuntur.

38 Ad sua uel tenenda, uel recuperanda obfit inuidia.) Noue dixit, obfit ad hanc rem, quemadmodum dicimus conducit ad id.

59 Valere, ut malis, quàm diues esse.) Valere dixit absolute, pro bene ualere, & attende compositionem, ualere ut malis, quasi carmen sit, non prosa oratio.